orundem Bonorum, summarumquè
utilitatibus usibus fructibus, proven:
tibus commodis, emolumentis ac ob:
ventionibus, tenebit, habebit et possi:
debit, illisque utifruetur ad extrema vi:
te sue tempora, sine ulla Successorum
suprædicte Illustris Magnifice Consortis
sue contradictione et impedimento.
Post fata verò prædicti Illustris Magni:
fici Mariti Bona hæc omnia et singu:
la Summasq; quævis pecuniaria ad
Successores ejusdem Illustris Magnifice
Consortis Vita functa devolventur, de:
volviq; debent, Pari quoque ratione
si et inquantum suprædictum Illu:
strem Magnificum Maritum Præco:
gnoscentem quàm Ejus Illustrem
Ma:

Magnificam Consortem "prius fatis decedere
contigerit, extunc predicta Illustris Ma:
gnifica Consors Recognoscens in vitis
existens, Bona omnia et singula mo:
bilia et immobilia, Summasq; quasvis
pecuniarias, morte mariti sui derelic
tas, et ipsum concernentes cum
omnibus eorundem Bonorum Sum:
marumq; prefatarum utilitatibus
usibus, fructibus, proventibus, commo:
dis, emolumentis et obventionibus
tenebit, habebit et possidebit, illisque
uti fruetur ad exitum vitæ suæ. Post
fata verò memorata Illustris Magni:
ficæ Consortis Recognoscentis, Bona
hæc omnia et singula mobilia et im
mobilia Summasq; quasvis pecuniarias
ad Successores supradicti Illustris Ma:
gnifici Mariti Recognoscentis devol:
ventur devolvique debent; obsq; ulla
Successorum prænominata Illustris

Ma:

Magnifice Consortii contradictione et im-
pedimento. His. fuit personalibus Reco-
gnitionibus ad premissa mediantibus.
Alias in forma. Inscriptionis mutuæ
Advitalitatis de Jure plenissima fir-
missima et perfectissima. Pro majori
verò firmitate manibus propriis se
subscripserunt. Michäel Ogiński Ca-
latinus Vilnensis. Alexandra Ogiń-
ska V.V. Quamquidem Inscriptio-
nem mutuæ Advitalitatis sic ut pre-
missum factam et recognitam Nos
firmam ac de jure validam haberi
volentes eandem ad Acta præsentia
suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter
descriptam Parti postulanti Authen-
tice extradi permisimus In quorum
fidem ac Actum ut supra.
Inscribit Evictionem Summe
Donatis Generosæ Theresiæ de
Strzelnickie Ciasecka Tribunæ
M.D.Lit. in Bonis Sui Komarno
di-

dicti Illustris Magnificus Michäel
Ogiński Palatinus Vilnensis.
Stanislaus Augustus ac
Significamus ac. Quod coram Actis pre
sentibus Metrices Regni Cancellariæ No:
stra Almoni comparens personaliter Il:
lustris Magnificus Michael Ogiński Pa:
latinus Vilnensis sanus mente et cor:
pore existens recedendo a Foro Terri
et Jurisdictionibus suis quibuscui pro:
priis huic autem Jurisdictioni Nostræ
Regiæ quo ad infrascripta recognoscen:
da attinet se subiiciendo et incorporan:
do, palam, liberè, ac benevolè recognovit
præsentibusque recognoscit. Quia Ipse
intercedendo Generosum Joannem Biasecki
Tribunum Magni Ducatus Lithuaniæ
in assecuranda Evictione Summæ Do:
talis Triginta Duorum millium cen:
tum Septuaginta sex Florenorum grof:
sorum septem et dimidii solidi bō:
lonicalium, ipsius Consortis Generosæ

The

rejsie de Strzelnichie Piasecká propria
nec non eliberando Bona Magnifici Mi
chaelis Ducis Czartoryski Supremi Ma-
gni Ducatus Lithuanie Cancellarii
hereditaria Parbowo dicta in Palatinatu
Lublinensi consistentia, ab onere quo
ad memoratam Summam dotalem Si-
mili evictionis per prius in eidem
inscripte et asecurate, hanc ipsam
Evictionem supra expresse Summe
Dotalis de prefatis Bonis Parbowo
in, et super sua propria ac hereditaria Komarno dicta in Palatinatu Rus-
sie Terra Leopoliensi sita et jacentia
transfert et transportat et in eidem
suprascripta Generosa Theresie de
Strzelnichie Piasecka Tribuna M.D.
Lithuanie ipsiusq; Successoribus incor-
bit et asecurat, tum se suosq; Succesio-
res intuitu recensite Summe Dota-
lis eidem ipsi Generose Theresie

de

de Strzelnickie Bisecha illiusj Suc-
cessoribus in quovis Foro Regni aut
Magni Ducatus Lithuania praeiis omni-
bus dilationibus et quibuscuis beneficiis
Juris ad respondendum obligat et sub-
mittit. Hac sua personali Recognitio-
one ad praemissa mediante. Actum in
forma Cictionali Inscriptioni de
Jure plenissima. Pro majori verò fir-
mitate manu propria se subscripsit.
Michael Ogiński Cal: Vilnen. Quam
ejusmodi Inscriptionem Cictiona-
lem sic ut praemissum factam et re
cognitam Nos firmam ac de jure
validam haberi volentes, eandem ad
Acta praesentia suscipi, inscribi et
ex eisdem fideliter descriptam, Parti
postulanti Authentice extradi permi-
simus. In quorum fidem ac Actum
ut supra.

Quietat Reverendus in Christo Extra
Pater Adamus Stanislaus Era
bo:

bowski Princeps Episcopus Varmi-
ensis et Sambiensis Generosum An-
dream Chwalkowski Thesaura
rium Terræ Vchovensis de Sum-
ma Quinquedecem millium Du
centorum Quadraginta Floreno-
rum Polonicalium simulq; can-
dem Ipsi transfundit.
Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod coram Nobis pre-
sentibus Metrices Regni Cancellaria No-
stra Minori competens personaliter
Reverendus in Christo Pater Dominus
Stanislaus a Prabowo Prabowski I.
R. I. Princeps Episcopus Varmiensis et
Sambiensis, sanus mente et corpore exi-
stens, recedendo à Foro, Terris et Juris
dictionibus suis quibuscunq; propriis
huic autem Jurisdictioni Vestræ Re-
giæ quo ad infrascripta recognoscen-
da attinet, se subijciendo et incor
porando, palàm sponte, benevole
reco:

recognovit præsentibusq; recognoscit.
Quia Ipse Generosum Andream Cwal-
kowski Thesaurarium Terræ Ucho-
veñsi Bonorum utriusq; Jamotzgiki
et Tur in Palatinatu Calisiensi et Di-
strictu Incolatus Calisiensi et Di-
strictu Nymensi nitorum hæredem, olim
Generosorum Casimiri Chwalkowski
et Helenæ Hedvigis à Prabowo Filium,
jàm verò Suum ex Sorore germana ne-
potem Charissimum, de Summa Quin-
decem Millium Ducentorum Qua-
draginta Florenorum Polonicalium
per præfatam olim Generosam Hele-
nam Hedvigem de Prabowskie Chwal-
kowska Sui comparentis et Recogno-
scentis Sororem in emundationem
alte dictorum Bonorum in Statu
Viduali contracta et in Actis Castri
Nacelensis Annô Domini Millesimô
Septingentesimo Quadragesimo Ter-
tiô Feriâ Quintâ post Dominicam
Exaudi proximâ, una cum Censibus

in

inscripta, tum de dicti Genibus ab ea-
dem summa ad Diem hodiernam pro-
venientibus, atq; praefata Inscripti-
one, illiusq; Ligamenti et contenti,
quietat, liberum missit, omneq; debitum
memoratae Generosae olim Helenae He-
dvigi Chwalkowska Matri in per-
sonam Filii Generosi nimirum ex-
pra expressi Andreae Ejusq; legitimo-
rum Successorum pure ex innato af-
fectu erga praedictum Nepotem suum
transfert, transfundit et plenè trans-
mittit cum omni et integro jure
sibi Recognoscenti ad idem debitum
sive Summam servienti et competen-
ti nihil sibi Suisque Successoribus in-
tuitu praemissorum reservando et
excipiendo, imo perpetuum silentium
imponendo. Hac sua personali reco-
gnitione ad praemissa mediante. Ali-
as in forma Inscriptionis Quietatio-
nis et Transfusionis de jure sic

nisi:

nissima, firmissima et perfectissima. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit. Adam Stanis. Grabowski Episcopus Ensis Varmiensis mp. Quam ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam et Transfusoriam sic ut premissum factam et recognitam Nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ad Acta presentia suscipi, inscribi et ex iisdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem ac Actum ut supra.

Constituit specialem Plenipotentem Generosus Joannes Gi- VC winski.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nostrae Minoris comparens personaliter Generosus Joannes Gwinski sanae mentis et corporis existens, recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus Suis

quei-

quibuscunq; proprijs huic autem Jurisdi-
ctioni Nostræ Regiæ quo ad infrascri-
pta recognoscenda attinet se subji-
endo et incorporando, palam sponte
ac benevole recognovit praesentibusq;
recognoscit. Quia Ipse impeditus exi-
stens continuo exercitio muneris sui
videlicet Regentis Patriæ Regni, quod
assiduam sui Recognoscentis requi-
rit praesentiam Generosum Paulum
Szathowski in suum verum indubi-
tatum et specialem Plenipotentem
constituit instituit eligit et ordinat
Dans et concedens Eidem Generoso
Plenipotentiæ suo plenam et omnimo-
dam facultatem ac potestatem Nomi-
ne et in rem sui Constituentis coram
Generosis Requisitoribus seu Lustrato-
ribus ad quavis Bona Nostra Regalia
Lege publica Comitiorum Convocati-
onis superiore Anno celebratorum,
respective ad Palatinatum Riavensem
designatis et deputatis, comparen

di

di, suig Recognoscentis et Constituen:
tis omnia et singula jura quæ et qua:
cia sibi Constituenti ad Advocatiam
in Villa Nostra Regali Brezie dicta
in Palatinatu Ravenn, Terra vero
Sostinenti competentem ritam servi:
unt et competunt producendi, et co:
ram iisdem Generosis Revisoribus
exhibendi, illorum insertionem seu
in Actis Revisoralibus connotationem
petendi et super eo instandi tum in:
sertorum et connotatorum antè di:
ctorum juriu ex recensitis Actis
Authenticam Copiam cum Actu revi
sionis memorate Advocatie postu:
landi, atiaque omnia id negotium
respicientia peragendi et exequendi
Promittens totum id, quidquid per
supradictum Generosum Procuipo:
tentem de Actu Revisionis nomine
facta ut præmissum est, sui Constitu:
entis factum gestumque fuerit, pro

rato

rato et grato suscepturum. Hac sua per-
sonali recognitione ad præmissa me
diante. Pro maiori vero firmitate ma-
nu propria subscripsit. Joannes Cy-
winskius. Quam ejusmodi plenipo-
tentiam sic ut præmittum factam
et recognitam Nos firmam ac de jure
validam haberi volentes, eandem ad
acta præsentia suscipi, inscribi et ex
isdem fideliter descriptam Partipo-
tentiarii authentice extradi permit-
mus. In quorum fidem &c. Actum ut
supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Tertia post Festum San-
cti Matthiæ Apostoli, pro
ximâ Die scilicet Vige-
sima Sexta Mensis Fe-
bruarii Anno Domini
Millesimô. Septingen-
tesimô Sexagesimô
Quinto. Regni vero No-
stri Primô Annô.

Ad

Ad Relationem Illustrissimi
et Reverendissimi Domini
Procancellarii Regni supra:
scripti.

Roborant Contractum Resigna:
tionum Generosus Petrus Baro
Riaucour S.R.M.tis Consiliarius
ab una et Nobilis Petrus Tepper
Serenissimæ Imperatricis To:
tius Russiæ Agens atque Elisa:
betha de Sauter Conjuges
parte ab altera.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præ:
sentibus Metricet Regni Cancellariæ No:
stræ Minoris comparentes personaliter
Generosus Petrus Baro Riaucour Con:
siliarius Noster ab una et Nobilis Pe:
trus Tepper Serenissimæ Imperatricis
totius Russiæ Agens atq; Elisabetha
de Sautery Conjuges parte ab altera, sani

men:

mentibus et Corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibuscuis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad inscripta recognoscenda attinet se subiicientes et incorporando, palam, libere ac benevole recognoverunt, præsentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi Contractum certum Resignatorium hic Varsaviæ Die Decimaquarta Mensis et Anni currentium respectu Palatii in eadem Ipsa Civitate Varsaviæ atque Platea Szeroka dicta sibi inter se hic cognoscentes initum et conscriptum manibus sui Recognoscentium subscriptum ac sigillis communitum damnisque Terrestribus firmatum, in omnibus ejusdem Contractus, conditionibus, contentis, punctis Clausulis Articulis nexibus Damni Terrestribus Foro, ligamentis, roborant confirmant, approbant et ratificant

illumq;

illumq; firmiter, tenere complere, exe:
qui inviolabiliter observare, ac ei tam
in toto, quam in minima ejus parte
satisfacere se suis cum successoribus
submittunt et obligant idque sub Dam:
nis Terrestribus simpliciter, et absq;
Corporali juramento in Casu præsenti
Roboratoria Inscriptioni et præfato
Contractui Resignatorio in aliquo con:
traventionis taxandis, luendis et suc:
cumbendis. Proquibus quidem Damnis
Terrestribus modo præmisso succubitis
Citata una Pars per aliam, scilicet
Pars eundem Contractum non tenens
aut complens ex Instantia alterius
Partis dictum Contractum tenentis
et adimplentis, coram Officio Castrensi
Varsaviensi p. Foro competente ut
supra renunciando, in primo Stat:
onis Termino tanquam peremptorio,
respondere, jus parere, damna suc:
cubita solvere, nihilominus supradi:

cto

cto Contractui et presenti ipsius Robo:
ratoriæ Inscriptioni in toto satisfacere,
dilationibus generaliter omnibus, de
fensionibus, exceptionibus, motioni:
bus appellationibus earumq; prosecu:
tionibus non evadendo et subterfugi:
endo, uti cum Successoribus debebit
et tenebitur. Hic sub personalibus
recognitionibus ad premissa medi:
antibus. Alias in forma Inscriptionis
Roboratoriæ de jure plenissima, fir
missima et perfectissima. Pro majori
vero firmitate manibus propriis
se subscripserunt. L. Riaucour Petrus
Tepper Elisabet Tepper. Quam ejus:
modi Inscriptionem Roboratoriam
sic ut premissum factam et recogni:
tam. Nos firmam ac de jure validam
haberi volentes, eandem admitta pre:
sentia Suscipi inscribi et ex iisdem si:
delior descriptam Parti postulanti
Authentice extradi permisimus. In
quo:

quorum fidem. Actum ut supra.

Donat et resignat Palatium Se:
renosus Petrus Baro Riaucо:
ur Consiliarius Sae Reae Mtis No: Eius
bilibus Tepperom Conjugibus.
Stanislaus Augustus ac
Significamus ac. Quod coram Actis pre:
sentibus Actrices Regni Cancellariae No:
stre Minoris comparens personaliter
Generosus Petrus Baro Riaucour Consi:
liarius Noster, sanus mente et corpore
existens, recedendo a Foro, Terris et Ju:
risdictionibus Suis quibuscui propriis,
huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae
quo ad infrascripta recognoscenda atti:
net Se Subiiciendo et incorporando, pa:
lam sponte publice ac per expressum
recognovit, praesentibusq recognoscit.
Quia Ipse insistendo Contractui Resi:
gnatorio hodierno sub. Actu, Actis pre
sentibus roborato, jam ex nunc et de:
facto Palatium Suum propriium et

hae:

hereditarium hic Varsaviæ in Platea
Szeroka dicta situm, cum omni ejusdem
Palatii jure, dominio, proprietate, pro-
prinquitate, usibus, fructibus, proventi-
bus reditibus, attinentiis et pertinentiis,
Structuris muratis, edificiis officinis Sta-
bulis, cellariis, fundis, horto, sepibus, sepi-
mentis commodisq' et emolumentis, ge-
neraliter Universis, nihil ex dicto Pa-
latio seu ejus attinentiis, pro se suisq'
Successoribus aut quopiam alio reservan-
do seu excipiendo, verum ita late, longè
circumferentialiterq' prout idem Pala-
tium cum suis circumferentiis muris
et sepimentis circa tum, ab aliis vicinis
bonis et fundis contiguis est divisum
et divisitatum ac prout se Recogno-
scentem spectabat et concernebat No-
bilibus Petro Tepper Serenissimæ Im-
peratricis totius Russiæ Agenti, et Eli-
sabetha de Sautery Conjugibus, illorumq'
Successoribus, dat, donat, et resignat, pro

ut

ut præsentibus dedit, donavit, incripsit
et resignavit, pure, mere ac irrevoca-
bili Donationis Titulo et hæreditate
perpetuo et in æuum. In quod quidem
memoratum Palatium præsentibus
iam donatum et resignatum Idem
Generosus Recognoscens prefatis Nobi-
libus Donatariis suis ipsorumq; succes-
soribus realem. Indromissionem et actu-
alem pacificamq; possessionem cum pre-
sentaneo illius usufructu per mini-
steriale Regni Generalem "quemvis
les duos facilius ad id conducendos vigo-
re Inscriptionis præsentis Donatorie
Officioſè capiendam et assumendam ex
nunc libere dat, et admittit, datamq; et
admissam nec pere, nec per quavis
submissas et subordinatas personas pre-
pedire, denegare interturbare, quinimo
eosdem Nobiles Donatarios suos Ipsorumq;
successores ab omni et quavis impeti-
tione juridica omnium et singula-
rum

rum Personarum, tum Inscriptionibus
quibuscuis, prioribus et posterioribus,
debitis oneribus idem Palatium quo-
vis modo afficientibus, tueri, defendere
evincere, eliberare et intercedere se suis
cum Successoribus de et super Bonis su-
is generaliter omnibus inscribit et
obligat. Idque sub Damni Terrestribus
simpliciter et absq; corporali juramen-
to faxandis et edicendis per se Reco-
gnoscentem Posterosq; suos in casu
presenti Inscriptioni Donatorie in
aliquo contraventionis aut non facta
fuitionis et Evictionis luendis et
succumbendis. Pro quibus quidem Da-
mni Terrestribus modo premisso
ad solvendum succubiti suprascri-
pti ut Generosus Recognoscens sui
cum Posteris jure conventus precepit
supradicto mediante coram Officio
Castrensi Varsaviensi praciis omni-
bus dilationibus, exceptionibus eva-
si

nionibus, absq; beneficii juris, quibus
omnibus renunciat, in primo citationis
termino, tanquam peremptorio, perem:
ptorie stare, respondere, juri parere,
omnequè judicatum pati, ac nihilominus
presenti Inscriptioni sua Donatorie,
omnibusq; ejus contentis satisfacere
debebit ac tenebitur. Hac sua personali
recognitione ad premissa mediante.
Etiam in forma Donationis et Resigna:
tionis de jure plenissima, firmissima
et perfectissima. Pro majori vero firmita:
te manu propria se subscripsit. S. Rieu
cour Quam ejusmodi Inscriptionem Do
natoriam et Resignatoriam sic ut pre
missum factam et recognitam Nos fir:
mam ac de jure validam haberi vo:
lentes, eandem ad Acta presentia sunci:
pi inscribi et ex iisdem fideliter deseri:
ptam Parti postulanti Authentice ex:
tradi permisimus. In quorum fidemac
Actum ut supra.

Sic

Extw

Roborant Contractum Resignatorium occasione Palatii Cicer: Alich quondam dicti Genero: sui Petrus Baro Riaucour, Consiliarius Sue Re Mtis ab una, et Nobiles Tepperowie Conjuges parte ab altera.

Stanislaus Augustus &c

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Matrices Regni Cancellaria Nostra Minoris comparentes personaliter Generosus Petrus Baro de Riaucour Consiliarius Noster ab una, et Nobiles Petrus Tepper Serenissima Imperatricis Totius Russie Agens, atq; Elisabetha de Sautery Conjuges parte ab altera, sani mentibus et Corporibus existentes, recedendo a Foro Terris et jurisdictionibus Suis quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictioni Nostra Regia quo ad infrascripta recognoscenda attinet se subiicicndo et incorporando

palam

palàm libenè ac benevolè recognove:
runt præsentibusq; recognoscunt. Quia
Ipsi Contractum certum Resignationium
respectu Palatii in hac Nostra Residen:
tiali Civitate in Platea Druga dicta vid
quondam Cecierskich nuncupati hic Par:
saviæ Die Decimaquarta mensis et An:
ni currentium inter se Recognoscentes
initum et conscriptum, manibus suis
propriis Subscriptum et Sigillis commu:
nitum, damnisq; Terrestribus firmatum
in omnibus ejusdem Contractus Condi:
onibus, contentis, punctis, Clausulis, ar
ticulis nexibus, damnis Terrestribus, Foro,
ligamentis, roborant, confirmant, appro:
bant et ratificant, illumq; firmiter te:
nere, complere exequi inviolabiliter
observare, ac etiam in toto quam in
minima ejus parte satisfacere se suis
cum Successoribus submittunt et obli:
gant, idq; sub Damnis Terrestribus
simpliciter et absq; corporali juramen:
to in Casu præsenti Roboratoria Instru:
pti

ptioni et prefato Contractui Renignatorio
in aliquo contraventioni, tacandi, lu:
endi et succumbendi. Pro quibus qui:
dem Damnis Terrestribus modo pre:
misso succubitis citata una Pars per alam,
scilicet Pars eundem Contractum non te:
nens aut complens, ex Instantia alterius
Partis dictum Contractum tenentis et
adimplentis coram Officio Castrensi
Varsaviensi processue uprascripto me:
diante, in primo citationis Termino
tanquam peremptorio, respondere, juri
parere damna succubita solvere nihil
ominus praexpresso Contractui et pre:
senti Ipsius Roboratoria Inscriptioni
in toto satisfacere, dilationibus gene:
raliter omnibus, defensionibus, excepti:
onibus motionibus, Appellationibus,
earumq; prosecutionibus, aliisq; Bene:
ficiis Juris non evadendo et subterfugi:
endo, Suis cum Successoribus debebit et
tenebitur. Et Suis personalibus Recogni:
tionibus ad premissa mediantibus. Illis

in

in forma Inscriptionis Roboratoriæ de jure solemnissima, firmissima et perfectissima. Pro majori vero firmitate manibus propriis se subscripserunt. D. Riaucour. Petrus Tepper, Elisabet Tepper. Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut premissum factam et recognitam Nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ad acta præsentia suscipi, inscribi et ex eisdem fideliter descriptam Partis postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c Actum ut supra.

Donat et resignat Palatium Ce- Ejus
cierski quondam dictum, Generosus Petrus Baro Riaucour Sac. Reg. Mtis Consiliarius Nobilibus Tepperom Conjugibus. Stanislaus Augustus &c. Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostræ

Nostra Minori comparens personali-
ter Generosus Petrus Baro Briancour
Commissarius Noster, sanus mente et cor-
pore existens, recedendo a Foro, Terri-
et Jurisdictionibus suis quibuscis pro-
priis, huic autem Jurisdictioni Nostre
Regie quo ad infrascripta recognoscen-
da attinet se subjiciendo et incorpo-
rando, palam, sponte, publice ac per
expressum recognovit presentibusq;
recognovit. Quia ipse insistendo Con-
tractui Resignatorio hodierno sub Sta-
Actis presentibus roborato Palatium
Suum proprium et hereditarium hic
Varsavie in Platea Druga dicta si-
tum quondam Cracienski nuncupa-
tum cum omni ejusdem Palatii jure,
dominio, proprietate propinquitate
ribus, fructibus, proventibus, redditi-
bus, attinentiis et pertinentiis, structu-
ris, muratis, adjacentiis, officinis, Stabulis
cellariis, fundis, horto, sepibus, sepimen
tis

tis commodisq; et emolumentis genera-
liter universis, nihil ex dicto Palatio, seu
ejus attinentiis pro se suisq; Success-
soribus, aut quopiam alio reservando,
seu excipiendo, verum ita late, longe
circumferentialiterq; prout idem Pa-
latium cum suis circumferentiis muro
et sepimento cinctum, ab aliis vicinis
bonis et fundis contiguis est distinctum
et dilimitatum ac prout se Recogno-
scentem spectabat et concernebat, jam
ex nunc et de facto Nobilibus Petro Jep
per Serenissime Imperatricis totius
Russie Agenti et Elisabethe de
Sautery Conjugibus illorumq; Succes-
soribus, dat, donat, et resignat, prout
presentibus dedit, donavit, inscripsit
et resignavit, pure, mere, ac irrevo-
cabilis Donationis titulo et hereditate
perpetuo et in evum. In quod quidem
memoratum Palatium presentibus
donatum et resignatum. Idem Generosus

Pe-

Recognoscens prefatis Nobilibus Do:
natariis Suis ipsorumq; Successoribus
realem Intromissionem et actualem
pacificamq; possessionem cum pre:
sentaneo illius usufructu officiosè
capiendam et assumendam ex nunc
libereq; dat et admittit, datamq; et ad:
missam nec per se nec per quasvis
submissas et subordinatas personas
impedire, denegare, interturbare
quinimo eosdem Nobiles Donatarios
eorumq; Successores ab
omni et quavis impeditione juridica
omnium et singularum personarum,
tum Inscriptionibus quibuscunq; prioribus
et posterioribus, debitis, oneribus, idem
Palatium quovis modo afficientibus,
tueri, defendere, evincere, eliberare et
intercedere se suis cum Successoribus
de et super Bonis suis generaliter
omnibus inscribit et obligat. Idque
sub Damnis Terrestribus simpliciter
et

es absque corporali juramento faxandis
es edicendis per se Recognoscentem, Pos-
teros q. suos in Casu presenti Inscriptioni
Donatarie in aliquo contravendionis,
aut non facte tuitionis et evictionis lu-
endis et succumbendis. Pro quibus qui-
dem Damnis Terrestribus modo pre-
misso ad solvendum succubitis antedi-
ctus Generosus Recognoscens suis cum
Posteris jure convenius f. recepsu supra
scripto mediante f. coram Officio Castren-
si Varsaviensi praecisis omnibus di-
lationibus exceptionibus, evasionibus
aliisq. beneficiis Juris f. quibus omnibus
renunciat f. in primo Citationis Termi-
no tanquam peremptorio, perempto-
rie stare, respondere juri parere, omnej
judicatum pati, ac nihilominus pre-
senti Inscriptioni sue Donatarie,
omnibusq. ejus contentis satisfacere
debebit ac tenebitur. Hac sua perso-
nali Recognitione ad premissa me-

diante.

diante. Alias informa Donationis et
Renignationis, de jure plenissima, fir-
missima et perfectissima. Pro majori
vero firmitate manu propria se
subscripsit. L. Riaucour. Quam ejus
modi Inscriptionem Donatariam sic
ut premissum factam et recognitam
Nos firmam ac de jure validam ha-
beri volentes, eandem admota praesen-
tia suscipi, inscribi et ex eisdem fide-
liter descriptam Parti postulanti Au-
thentice extradi permisimus. In
quorum fidem &c. Actum ut supra.
Oblata certi Scripti in rem Ge-
nerosi Josephi Konarski Locum
tenentis in Exercitu Caesareo
servientis.
Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Oblatas esse ad Acta
praesentia Metrices Regni Cancellariae
Vestrae Minoris, Literas originales
in

infrascriptas manu Generosi An:
dreæ Tarło propria scriptas et
subscriptas atq; sigillo Jpsius gen:
filitio in cera rubra hispanica ex:
presso communitas, sanas, salvas, il:
lesas, tenoris sequentis. Ja niżey
na podpisie wyrazony znam tym
skryptem moim, że z wrodzonego
Affektu y przyiaźni ku należącemu
do mnie Jmci Panu Jozefowi Ko:
narskiemu Porucznikowi w Bre:
gimencie Feldmarszałka Dau:
na u Granadyerow dobrowolnie
y zupełnie wstępuię Kompanii
w Regimencie pierwym J.W. JPana
Rzewuskiego Hetmana Polnego Ko:
ronnego Wdy Krakowskiego za wy:
raźnym Jegoż dozwoleniem oraz z
szarzą kapitańską y z kapitańską
zupełną Jazą temuż Jegomości
Panu Konarskiemu Porucznikowi,
nie rezerwuiąc sobie żadney do Jmci

Pana

Pana Porucznika pretensyi. Jezeli by
zas od Chorągwi iakie zachodzić mo:
gły pretensye, to od nich Ja Jmci Pana
Porucznika zupełnie uwalniam a o:
nych na siebie Cwikuią bierę. Na
co się własną ręką przy Pieczęci moiey
przyciśnieniu podpisuie. Datum w
Warszawie D 21ma Febr 1765to
Jędrzey Arabia Tarło S. M. P. Locust
Sigilli. Quas ejusmodi Literas sic
prascriptas sic ut premissum Obla:
tas Nos ad eadem Acta presentia
susceptas Inscribi et ex iisdem fideli:
ter describitas, Parti postulanti Au
thentice extradi, Originale illarum
Offerenti restitui, de quo recepto
Cancellariam quietavisse permisimus.
In quorum fidem ac Actum ut supra.

Actum Warszawie
Sabbatho ante Do:
minicam Reminice:
re Quadragesimalem
proxime, Die scilicet
Secun.

Secunda Mensis Mar: 79.
tii Anno Domini Mil:
lesimõ Septingente:
simõ Sexagesimo Quin:
tõ. Regni vero Nostri
Primô Annô.

Ad Relationem suprascri:
pti Illrmi et Reverendissi:
mi Domini Procancellarii
Regni.

Quietant de Processu Tribuna:
litio Generosi Wilczewskie Con:
juges Praenobilem et Spectabi: Vb.
lem Magistratum Civitatis Ge:
danensis.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis
praesentibus Nostris Regni Cancella:
ria Nostra Minori, comparentes Per
sonaliter Generosi Franciscus Wil:
czewski Generalis Adjutans Noster, et
Gertrudis Maria de Wittert Conjuges

Mar:

Maritus quidem per se, Conjux vero in
debita ejusdem Generosi mariti sui
assistentia agentes, sani mentibus et
corporibus existentes, recedendo a Foro,
Terris et Jurisdictionibus suis quibus
vis propriis, huic autem Jurisdictioni
Nostræ Regiæ quo ad infrascripta re
cognoscenda attinet se subiiciendo et
incorporando, palàm publicè, bene=
volè, ac per expressum recognoverunt,
præsentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi
Præ Nobilem ac Spectabilem Magistra=
tum Civitatis Nostræ Jedanensis jam
ex nunc et de facto de toto et integro
Processu occasione certarum injus=
riarum ad Judicia Tribunalitia
Generalia Petricovienvia instituto
tum quibusvis Manifestationibus,
editis Terminis, Decretis, lucris, per
lucris ad Diem præsentem quocun=
que modo obtentis ob plenam et
sufficientem sibi Recognoscentibus

vigo:

vigore certi scripti hic Pariavie Die hodierna in Actu contenta inter se Recognoscentes Conjuges ab una, et Nobilem ac Spectabilem Christophorum Ernestum Leuschner Consulem Gedanensem prefati Præ Nobilis ac Spectabilis Magistratus Specialem Plenipotentiarium et Mandatarium parte ab altera conjecti, manibusq; propriis hinc inde subscripti, et sigillis munniti, Satisfactionem factam, quietant, absolvunt, liberum absolutumq; faciunt, nec non Eundem Processum, Manifestationes quascunq; Terminos, Decreta omnia et singula, tollunt, cassant, mortificant et annihilant, atque intuitu præmissorum tam sibi Recognoscentibus, quam Suis Successoribus perpetuum imponunt silentium. His Suis personalibus Recognitionibus ad præmissa mediantibus. Aliàs in forma

Qui

Quietationis de jure plenissima firmis-
sima et perfectissima. Pro majori vero
firmitate manibus propriis se sub-
scripserunt Franciscus Wilczewski
Sae Rae Mtis Poloniarum Generalis Ad-
jutantus mp. Jertruda Maria de Wit
ert Wilczewska. Quam ejusmodi
Inscriptionem Quietationis sic ut
premissum factam et recognitam,
Nos firmam ac de jure validam haberi
volentes, eandem ad acta presentia us-
cipi, inscribi et ex iisdem fidelitter descri-
ptam Parti postulanti Authentice
extradi permisimus. In quorum fidem
ac. Actum ut supra.

Constituit Plenipotentiem spe-
cialem Generosum Franciscum
Wilczewski Sae Rae Mtis Gene-
ralis Adjutans.

Stanislaus Augustus ac.

Significamus ac. Quod coram Actis
presentibus Metricis Regni Cancellaria
Nostra Minoris comparens persona-
liter

liter Generosus Franciscus Wilczewski
Generalis Adjutans Noster sanus mente
et corpore existens, recedendo a Foro, Fer
mis et Jurisdictionibus suis quibusvis
propriis, huic autem Jurisdictioni No:
stræ Regiæ quo ad infrascripta recogno:
cenda attinet, se subiiciendo et incor:
porando, palàm, sponte, liberè, ac per
expressum recognovit, præsentibusq;
recognoscit. Quia Ipse Nobilem et
Spectabilem Christophorum Ernestum
Leuchner Consulem Civitatis Nostræ
Gedanensis, hic Varsaviæ nunc præ:
sentem, in Suum verum legitimum,
indubitatum ac Specialem Plenipoten:
tem constituit, inscribit, facit et or:
dinat. Dans et concedens eidem Nobi:
li Plenipotentiario suo plenam et omni:
modam facultatem et potestatem Sum:
mam Mille Florenorum bonæ Mo:
netæ Prussicalis, tum Sclopeta
rii Recognoscentis propriam et
pro:

propria, in deposito apud Prænobilem et
Spectabilem Magistratum antè dictæ Ci-
vitatis Nostræ Sedanensis existentia, no-
mine Sui Recognoscentis ex præfato de
posito, levandi, abnumerandi, et reci-
piendi, de levata eadem Summa alij re-
cepissi Solopetij recepissi, eodem ipso
homine memoratum Prænobilem Ma-
gistratum omni meliori modo quie
tandi. Promittens premissa a supra
expresso Nobili Plenipotente suo gesta
et exequta pro firmo ac grato Animo
se Susceperum. Hac sua personali
recognitione. Pro majori verò firmi-
tate manu propria se subscripsit.
Franciscus Wilczewski Sæ Ræ Mtis
Generalis Adjutantus mp. Quam ejus
modi Plenipotentiam sic ut premis-
sum factam et recognitam Nos fir-
mam ac de jure validam habere vo-
lentes, eandem ad hæc presentia sus-
cipi, inscribi et ex eisdem fidelitèr
descriptam Parti postulanti authen-

tice

tice exvadi permisimus. In quorum fi-
dem ac Actum ut supra.

Inscribunt sibi mutuam Advi-
talitatem Generosi Felix Łoś
Capitaneus Wyszynensis et Ma-
rianna de Moszynskie Conjuges.
Stanislaus Augustus. &c.
Significamus &c. Quod coram Actis pra-
sentibus Metrices Regni Cancellarie
Nostra minoris comparentes personaliter
Generosi Felix Antonius bini nomi-
ni Łoś Capitaneus Wyszynensis et
Marianna de Moszynskie in vicem
Conjuges, sibi mutuo ad infrascripta
recognoscenda consentientes, sani men-
tibus et corporibus existentes, rece-
dendo a Foro, Terris et Jurisdictio-
nibus Suis quibuscunq; propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostra Regia
quo ad infrascripta recognoscenda
attinet, se subiicientes et incorpora-
do, palam, libere, benevole ac per
expressum recognoverunt praesen-

ti:

sibusq; recognoscunt. Quia Ipsi sibi
mutuo et ab invicem, mutuam Ad-
vitalitatem et reciprocum usum et
fructum omnium et singulorum
Bonorum, Paternorum et Materno-
rum, hereditariorum et obligatoriorum,
mobilium et immobilium, habito-
rum et habendorum, ac post saven-
te Divina Gratiâ acquirendorum
aut devolvendorum, Summarumq;
quarum vis pecuniariarum habita-
rum et habendarum, inscriptarum
et inscribendarum ac ubivis loco-
rum et in deposito existentium, tum
Auri, argenti, clenodiorum, vestium
vestimentorum, omnigq; generis et
speciei domesticarum supellectili-
um, equorum pecudum et pecorum
ad extrema duntaxat Vitæ suæ tem-
pora, inscribunt et assecurant, tali vi-
delicet modo. Quod si et inquantum pri-
us Generosum Recognoscentem Mari-
tum quam ejus Generosam Consortem
pari-

pariter Recognoscentem Maritum quam
ejus Generosam Consortem pariter Reco:
gnoscentem ex hac luce decedere con:
tigerit, ex tunc prædicta Illius Generosa
Consors superstes existens, omnia et sin:
gula Bona mobilia et immobilia, Sum:
maq; quasvis pecuniarias, cum omni:
bus eorundem Bonorum Summarumq;
utilitatibus, usibus, fructibus, proven:
tibus, commodis et emolumentis, tene:
bit, habebit et possidebit, illisq; fruetur
ad extrema vitæ Suæ tempora sine ulla
Successorum suprascripti Generosi Ma:
riti Sui contradictione et impedimen:
to. Post fata verò memoratæ Generosæ
Consortis Bona hæc omnia et singula
Summaq; quasvis pecuniariæ ad Succes:
sores ejusdem Generosi Mariti vitâ
functi devolventur, devolviq; debent.
Pari quoq; ratione si et inquantum
supradictam Generosam Consortem Re:
cognoscentem prius quam ejus Gene:
rosum Maritum è vivis decedere

conti:

contigerit, eatunc præexpressus Genero-
sus Mariius Recognoscens in vivis
existens. Bona omnia et singula, mo-
bilia et immobilia, summasq; quas-
vis pecuniarias, morte Generosæ Con-
sortis derelicta et derelictas, ipsamq;
concernentia et concernentes, cum
omnibus eorundem Bonorum, Sum-
marumq; prædictarum utilitatibus,
usibus, fructibus, provemtibus, com-
modis et emolumentis, tenebit, ha-
bebit et possidebit, illisq; fruetur ad
ultimum vitæ Suæ exitum sine
quavis Successorum antè dictæ Gene-
rosæ Consortis Suæ contradictione et
impedimento. Post fata verò sæpè
fati Generosi Mariti Recognoscen-
tis, omnia hæc et singula Bona, mo-
bilia et immobilia, summasq; qua-
vis pecuniarias ad Successores ejus-
dem Generosæ Consortis devolven-
tur, devolviq; debent. His suis perso-
nalibus Recognitionibus ad præ-

mis-

missa mediantibus. Alias in forma
Inscriptionis mutuæ Advitalitatis
de jure plenissima, firmissima et per-
fectissima. Pro majori vero firmitate
manibus propriis se subscripserunt.
Felix Antonius Dos C. Wmp. Mary-
anna Lowiowa S. W. Quam ejusmodi
Inscriptionem Mutuæ Advitalitatis
sic ut præmissum factam et recogni-
tam. Nos firmam ac de jure validam
haberi volentes, eandem ad Acta præ-
sentia suscipi, inscribi et ex iisdem
fideliter descriptam, Parti postulanti
Authentice extradi permisimus. In
quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Sab-
batho ante Dominicam
Oculi, Quadragesimalem,
proxima die scilicet Nona Men-
sis Martii, Annô Do-
mini Millesimô Septin-
gentesimô Sexagesi-
mô Quintô. Regni ve-
ro Nostri Anno Primô.

Ad Relationem suprascripti
Illustrissimi et Reverendis-
simi Domini Procancellarii
Regni.
Roborat certum Scriptum
Generosus Franciscus Zoyko
Succamerarius Noster in rem
Famati Adami Zyman Civis
Mercatoris Varsaviensis datum
Stanislaus Augustus. &c.
Significamus &c. Quod coram Actis
praesentibus Metrices Regni Can-
cellaria Nostra Minoris, comparens
personaliter Generosus Franciscus
Zoyko Succamerarius Noster, sa-
nae mente et corpore existens, rece-
dendo a Foro, Terris et Jurisdictioni-
bus Suis quibuscunque propriis, huic au-
tem Jurisdictioni Nostra Regiae quo
ad infrascripta recognoscenda attri-
net se subiiciendo et incorporan-
do, palam libere ac per expressum re-
cognovit praesentibusq; recognovit.

Quia

Quia Ipse Scriptum cessum obligato:
rium in rem Tomati Adami Zyman
Civis Mercatoris Varsaviensis, hic Var:
savia sub Die hodierna in Actu con:
fecta datum, manu sua propria
subscriptum et sigillo Gentilitio com:
munitum, in omnibus illius punctis,
clausulis, nexibus, articulis, condition:
bus et ligamentis, robonat approbat,
confirmat et ratificat, Eidemq; Scripto
suo Obligatorio, tam in toto quam
in minima quavis ipsius parte, sta:
re, parere et plenè satisfacere se cum
suis Successoribus inscribit, obligat et
asecurat. Hac sua personali Recogni:
tione ad præmissa mediante. Alias
in forma Juris.tionis Roboratoriæ
de jure plenissima, firmissima et per:
fectissima. Pro majori verò firmitate
manu propria se subscripsit. Felix
Franciszek Loyko Bodkom: J.K.Mci
mp. Quam ejus modi Inscriptionem
Roboratoriam sic ut premissum

fa:

factam et recognitam Nos firmam ac
de Jure validam haberi volentes, eam-
dem ad Acta praesentia suscipi, inscribi,
et ex iisdem fideliter descriptam Parti
postulanti Authentice extradi permi-
simus. In quorum fidem ac Actum
ut supra.

Roborat certum Scriptum Ge-
nerosa Catharina de Zamoy-
skie Mniszchowa Succameraria
M. D. L.ae Vidua in rem Generosi
Andreae Bernard Generalis Leu-
tenantis Exercitus Saxonici Da-
tum.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis
praesentibus Metrices Regni Cancellariae
Nostrae Minoris comparens personali-
ter Generosa Catharina de Zamoyskie
Mniszchowa olim Generosi Joannis
de Magna Kunczyce Mniszech Succa-
meranj Magni Ducatûs Lithuaniae
Censoris relicta Vidua, sana mente
et corpore existens, recedendo a Foro

Terrae

Terris et Jurisdictionibus suis quibus
vis proprijs, huic autem Jurisdictioni
Nostre Regie quo ad infrascripta re
cognoscenda attinet se subijciendo
et incorporando, palam libere ac per
expressum recognovit, presentibusque
recognovit. Quia Ipsa scriptum cer:
tum Obligatorium, hic Varsavie die
hodierna in Actu contenta per se Re:
cognoscentem Generoso Andrea Ber:
nard Generali Leutnanti Exercitus Sa:
xonici datum manu sua propria sub:
scriptum et sigillo gentilitio in cera
rubra hispanica expresso communitum
in omnibus ejusdem scripti punctis,
clausulis nexibus, articulis, conditio:
nibus, Vadio et Foro ibidem appo:
sito, roborat, approbat, confirmat, et
ratificat, eidemq; tam in toto quam
in minima illius parte stare, pa:
rere et satisfacere, se suis cum Suc:
cessoribus, inscribit, obligat et asse:
curat, idq; sub Vadio Summa in pre
expres:

expresso scripto constituta et determi:
nata in Casum praesenti Roboratoriæ
Inscriptioni, et dicto scripto suo in ali:
quo contraventionis succumbendo. Pro
quo quidem Vadio modo præmisso suc:
cubito, reqe ipsa principali Eadem Gene
rosa Recognoscens Citata existens fre:
cessu suprascripto mediante, coram
Judicio Terrestri sive Officio Castrensi
Varsaviensi, præcisis omnibus dilati:
onibus, exceptionibus et beneficiis
Juris, peremptorie respondere suis cum
Successoribus debebit et tenebitur Hac
sua personali Recognitione ad præ
missa mediante. Alias in forma In:
scriptionis Roboratoriæ de jure ple:
nissima firmissima et perfectissima.
Pro majori vero firmitate manu
propria se subscripsit. Mniszchowa
C. W. X. Lna. Quam ejusmodi Inscripti:
onem Roboratoriam sic ut præmissum
factam et recognitam, Nos firmam
ac de jure validam haberi volentes

cap:

eandem ad Acta præsentia suscepi, in-
scribi et ex iisdem fideliter descriptam
Parti postulanti Authentice extradi
permisimus. In quorum fidem ac Actum
ut supra.

Edit de Summis Viris Generosus
Andreas Renard Generalis Leu-
tnans Exercitus Saxonici, Gene-
rosa Catharina de Zamoyskie
Mniszchowa Succameraria
Magni Ducatus Lithuaniæ.
Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis
præsentibus Metrices Regni Cancella-
riæ Nostræ Minoris, comparens perso-
naliter Generosus Andreas Renard
Generalis Leutnans Exercitus Saxonici
sanus mente et corpore existens, rece-
dendo a Foro, Terris, et Jurisdictionibus
suis quibuscunque propriis, huic autem
Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad
infrascripta recognoscenda attinet,
se subiiciendo et incorporando, palam
sponte, libere ac per expressum recogno-
vit,

vit. praesentibusq; recognoscit. Quia Ipse
de omni et integro Jure suo, infrascri-
pto, videlicet de summis trium, prima
septuaginta quatuor millium quin-
gentorum septuaginta unius Flore-
norum Grossorum Viginti quatuor
Polonicalium in Bonis Wymysłow,
Sędowice et Moszczanka, altera Sex
millium sexaginta sex Florenorum
Grossorum sexdecem Polonicalium in
Palatio Demblinensi Decreto potio-
ritatis substantia olim Generosi
Joannis Vandalini Mniszech Succa-
meranj Magni Ducatus Lithuania
per Officia Condescensorialia, Feria
secunda intra Octavas Sacratissimi
Corporis Christi Domini Anno Mille-
simo Septingentesimo Sexagesimo
Tertio, in Fundo Bonorum Villa Dem-
blin prolato liquidatis et in Bonis
suprascriptis ac Palatio locatis tum
de punctis Decreti prefati Condescen-
sorialis, tam scilicet Liquidationis,

quam

quam collocationis et applicationis,
ac traditione Bonorum memoratorum
Bonorum et Palatii, nec non ipsamet ac-
tuali in Bonis iisdem se Recognoscen-
tem concernenti integra Possessione
jam ex nunc et de facto cum omni pro-
missorum jure, dominio, proprietate,
propinquitate, titulo, proprietario,
nihil quidquam ex superscriptis Sum-
mis ac possessione, pro se suisq; Succes-
soribus aut quopiam alio; reservando,
seu excipiendo. Generosa Catharina de
Zamoyskie Mniszchowa Succameraria
Magni Ducatus Lithuania, olim Generosi
Joannis Vandalini Mniszech Succame-
rarii Magni Ducatus Lithuania Con-
sorti relicta Vidua, illiusq; Succes-
soribus accepta pro premissis suf-
ficienti et plenaria satisfactione, sum-
marumq; prefatarum reali et inte-
gra exsolutione, cedit et condescen-
dit, omneq; et integrum idem jus
suum in Personam ejusdem Gene-
rosæ Cessionariæ suæ et ipsius Suc-

cef

...rorum, transfert, transfundit et incor-
porat plenarie et ex integro, atque Evi-
ctionem ex re et Persona sui suorumq;
successorum in et super Bona sua ge-
neraliter omnibus inscribit et assecu-
rat Hac sua personali Recognitione
ad premissa mediante. Alias in for-
ma Inscriptionis Cessionaria de
jure plenissima firmissima et per-
fectissima. Pro majori vero firmitate
manu propria se subscripsit. S. C. Ber-
nard q. Leiß Quam cujusmodi Inscri-
ptionem Cessionariam sic ut premis-
sum factam et recognitam Nos fir-
mam ac de jure validam haberi
volentes, eandem ad Acta praesentia
suscipi, inscribi et ex iisdem fideli-
ter descriptam Parti postulanti Au-
thentice extradi permisimus. In
quorum fidem ac Actum ut supra.
Oblata Facultatis exercendi Ar-
tem Medicam in Oeconomia
Nostra Mariaburgensi. Nobi-
li Joanni Theophilo de Lau-

litz

Stanislaus Augustus &c.

Significamus ac. Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellaria Nostra Minoris Literas Originales Papyreas Privilegii infrascripti Manu Nostra Regia subscriptas et Sigillo Minori Regni communitas, sanas, salvas et illaesas omnique vitiositate carentes Tenoris sequentis.

Stanislaus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae, Masovie, Samogitiae, Kijoviae Volhyniae Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolenciae Severiae et Czernichoviae

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. Relatum Nobis fuit per certos Commissarios Nostros, Qualiter in compluribus Villis Oeconomiae Nostrae Marienburgen varii homines ignoti e Grege circumforaneorum et Medicorum nomen usurpantes apud Colonos Oeconomiae simpliciores curandi morbi etiam internis adhibiti fuerint et adhibeantur indeque

eve:

cuenerit, ut hac imperita medendi ratione multi Insulanorum valetudini, multi quoq; ipsius vitæ jacturam recipisse passi fuerint. Cui malo ne latius serpat, obviam ituri pro Paterna Nostra sollicitudine, circa tuendam vitam et valetudinem Subditorum Nostrorum, artem Medicam in œconomia Nostra Mariæburgensi exercendi facultatem Viro scientiis ad curandos feliciter morbos requisitis necessariis solidè instructo conferendum esse duximus. Quo intuitu Nobilem et Excellentem Joannem Theophilum de Baulitz, Medicinæ Doctorem Patre et Avo Archiatris Regum Poloniæ Prædecessorum Nostrorum optimè Nobis commendatum, propriaq; ingenii sagacitate, nec non scientificâ Artis Medicæ peritiâ, ac circumspecto Curationis usu probatum, et jam ante Decem Annos a Prædecessore Nostro Augusto III. per speciale Privilegium de Die 7ma Octobris 1754. Archiatrum Aulæ et Physicum supradictæ œconomiæ

constitu

Archiatro

et signan

ni et vita

Marienburg

narium

utiquide

ficimus

cedentes

facultate

Regiam

què vero

burgensi

cendi, fu

licti alii

ties in a

prævio j

super fi

ficium.

burgens

dam fid

vô Salar

burg et

et Liber

jure et c

constitutum, de novo in numerum
Archiatrorum Aulæ Nostræ cooptavimus
et signanter regendæ tuendæq; valetudi-
ni et vitæ Incolarum Insulæ utriusq;
Marieburgen. tanquam Physicum Ordi-
narium Œconomiæ Nostræ præfecimus
utiquidem illum cooptamus et præ-
ficimus præsentibus Literis Nostris, con-
cedentes eidem, plenam et omnimodam
facultatem in et extra Aulam Nostram
Regiam et omnibus Regni locis, præci-
puè verò in Œconomia Nostra Marie-
burgensi Artem Medicam liberè exer-
cendi, Judicia Medica de corporibus de-
licti alijsq; casibus criminalibus, quo-
ties in œconomia Nostra inciderint
præviâ Juramentô semel pro semper
super fideli examine faciendo, apud Of-
ficium Nostrum œconomicum Marie-
burgense, et ubiq; locorum omnimo-
dam fidem habitura et habitura sal-
vô Salario consuetô, expediendi omni-
busq; et singulis Juribus, Prærogativis
et Libertatibus Archiatri Nostri de
jure et consuetudine recepta servienti-

bus

bus, citra cujusvis impedimentum uten-
di et fruendi. Simul prafato Joanni The-
ophilo de Paulitz eandem pensionem
Annuam, qua hucusq; in qualitate Phi-
sici Oconomici fructus est, et Oecono-
mia Nostra Marieburgensi deprimen-
dum assignamus, et praterea illum
ab oneribus tam Ordinariis quam ex-
traordinariis quocunq; nomine dictis
liberum facimus et ab omni Juris-
dictione Judicionum quorumvis exi-
mimus, ipsumq; sub Nostre et Camie
Nostre Jurisdictioni incorporavimus,
ita ut in omnibus causis et actioni-
bus Judiciariis, exceptis solummodo
Fundi et Contractus, nulli alteri Jurisdi-
ctioni praterquam Nostre Curiali
subesse et pareat. Quod ad hostilium Omni-
um quorum interest praesertim Magi-
stratuum quorumcunq; in specie vero
Generosi Oconomi vel Administrato-
ris Nostri Generalis Mariaburgensis
nunc et pro tempore existens tumque
que Feldgrabiorum et Juratorum Se-
niorum aspectis Oeconomia Nostra

deducentes, mandamus ut prefatum No:
bilem Joannem Theophilum de Pau:
litz pro vero legitimo Archiatro Nostro
et Physico Ordinario œconomiæ No:
stræ Marieburgensis habeant et agno:
scant, omnibusq; libertatibus Prero:
gativis et Privilegiis Nostris Archiatris
competentibus frui et gaudere sinant
imo circa eadem manuteneant et tu:
eantur pro Gratia Nostra Regia. In
cujus rei fidem præsentes manu No:
stra subscriptas, Sigillo Regni commu:
niri jussimus Datum Varsaviæ Die
VIII Mensis Martii Anno Domini M.
CCLXV. Regni vero Nostri Primo Annô
Stanislaus Augustus Rex Locus Sigil:
li minoris Regni. Facultas exercendi
Artem Medicam in œconomia Nostra
Marieburgensi Nobili Joanni Theo:
philo de Paulitz data. Antonius Si:
korski Sae Reae Mtis et Sigilli Regni
Secretarius mpr: Fors: Pro Cancella:
riatu Illmi et Rendissimi Domini
Andreæ Stanislai Młodziejowski Pro
Cancellarii Regni Sigillatum. Lucz

ejus

ejusmodi Literas Originales Privilegii
suprascripti, sic ut premissum per Obla:
tam porrectas Nos ad Acta presentia
susscipi, inscribi et ex iisdem fideliter
descriptas Cuidi postulanti Authen:
tice extradi, Originale vero rursus
Offerenti restitui f. de quo Cancellariam
quietavit quietatq; presentibus f. per
mittimus. In quorum fidem ac Actum
ut supra.

Roborant certum Scriptum
Eqlr Reversale in rem Generosi
Petri Baronis Riaucour datum
Nobiles Tepperowie Conjuges.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis pre:
sentibus Metrices Regni Cancellarie
Nostre minoris comparentes perso:
nales Nobiles Petrus Tepper Sereniss:
sime Imperatricis Totius Russie
Legens et Elisabeth de Sauden Conjuges
Maritus quidem per se, Uxor vero in de:
bita ejusdem Mariti sui assistentia
agens, Sani mentibus et corporibus exi:
stentes, recedendo a Foro, Terris et

Ju:

Jurisdictionibus Sui quibus vis proprio
huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quo ad infrascripta recognoscenda attinet
se Subiicièdo et incorporando, palam
sponte, libere ac per expressum reco:
gnouerunt, presentibusq; recognoscunt.
Quia Ipsi certum scriptum Reversale Je:
neroso Petro Baroni Riaucour Consilia:
rio Nostro per se Recognoscentes ex
re Donationis et Resignationis duo:
rum Palatiorum hic Parisiæ sitorum
per eundem Generosum Baronem Ri:
aucour coram Actis præsentibus Feria
Tertia post Festum S. Matthiæ Apos:
toli proxima Die videlicet Vigesima Sex:
ta Mensis Februarii Anno currenti
in Personas sui Recognoscentium re:
cognitarum, sub Die Prima Mensis
præsentis datum, Manibus Suis pro:
prijs subscriptum et Sigillo in Cera
rubra hispanica expresso communi
tum, in omnibus illius punctis, con:
tentis, Clausulis nexibus et ligamen:
tis roborant, approbant, confirmant,
et ratificant, illudq; tenere, complere

exe:

exequi et inviolabiliter observare ac ei
in toto et ex integro parere et satis-
facere se suis cum successoribus de
et super Bonis suis generaliter omni-
bus inscribunt, obligant et assecurant.
His sui personalibus Recognitioni-
bus ad premissa mediantibus. Alias
in Forma Inscriptionis Roborato-
rie de jure plenissima, firmissima
et perfectissima. Pro maiori vero fir-
mitate Manibus propriis se sub-
scripserunt. Piotr Tepper m.p. Elisa-
bet Tepper. Quam ejusmodi Inscri-
ptionem Roboratoriam sic ut pre-
missum factam et recognitam, Nos
firmam ac de jure validam haberi
volentes, eandem ad Acta presentia
suscepi, inscribi et ex eisdem fideliter
descriptam Parti postulanti Authen-
tice extradi permisimus. In quorum
fidem ac Actum ut supra.
Oblata Consensus dati Magni-
fico Josepho de Tęczyn Osso-
linski Palatino Polhymie

aō

ad Cedendum de Capitaneatu
Sandomiriensi in Personam
Generosi Ossolinski Filii Sui.
Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Oblatas esse ad
Acta praesentia Metrices Regni Can-
cellaria Nostra Minoris Literas Ori-
ginales papyreas, manu Serenissi-
mi olim Augusti III Regis Antece-
soris Nostri subscriptas, Sigillog' Mi-
nori Regni communitas, continen-
tes in se Consensum Magnifico Jo-
sepho de Tęczyn Ossolinski Palati-
no Podlachiae datum ad Cedendum
de Capitaneatu Sandomiriensi in per-
sonam Generosi Josephi Filii Sui,
sanas, salvas, illaesas, omnig' suspicionis
nota carentes, tenoris sequentis. Au-
gustus Tertius Dei Gratia Rex Polo-
niae, Magnus Dux Lithuaniae, Prus-
siae, Russiae, Mazoviae, Samogitiae, Kijo-
viae, Volhyniae, Podoliae Podlachiae Li-
voniae, Smolenciae, Severiae, Czerni-
chovieq' Nec non Hareditarius Dux

Saxo-

Saxoniæ, Princeps et Elector. Significa-
mus præsentibus Literis Nostris, quo-
rum interest universis et singulis
Consensisse Nos ac permisisse, consen-
tire, ac permittere, præsentibus Li-
teris Nostris, Magnifico Josepho Emi-
ti de Tenczyn Ossolinski, Palatino
Volhyniæ, Sandomiriensi, Chmiel-
nicensi, Capitaneo Nostro, ut possit
et valeat de omni et integro jure suo
advitalitio super Capitaneatum San-
domiriensem in Palatinatu Sando-
miriensi situm, una cum Juris di-
ctione Castrensi Capitaneali sibi
servienti et competenti cedere, it-
Judici in personam Generosi Josephi
de eadem Tenczyn Ossolinski Filii
sui plenarie transferre et transfun-
dere. Quæ quidem Cessio, Juris q transfe-
rio postea quam coram Actis quibus-
vis authenticis Regni facta et reco-
gnita fuerit. Nos eam ratam habituri
sumus, utique prævio Consensu Nostro
peragetur, Vigore cujus Cessionis,

pro

praesentisq; Consensu Nostri, praedictum
Capitaneatum Sandomiriensem cum
Jurisdictione competenti Castrensi
Civitate et Castro tum Villis Stodoly
cum Praedio Samborzec, Chmielow,
Mokrzyszow, itidem cum Praediis
Grzbow, Sokolniki, Gorzyce, Zyc, Zuchow,
Odechow, Sobow, Maghorzyn, Stany, Omni-
busq; aliis Villis, Advocatiis, Scultetiis,
praediis, fundis, agris, pratis, campis, Syl-
vis, nemoribus, lacubus, Stagnis, fluvi-
is, fluminibus, privilegiis, molendinis,
tabernis, Curiis, aedificiis, Oppidanis, Colo-
nis locatis et locandis, subditis, Inqui-
linis eorumq; laboribus, censibus, pro-
ventibus, commodis et emolumentis
attinentiis et pertinentiis generali-
ter universis eo antiquitus spectanti-
bus, et prout immediatus Possessor de-
nebat, habebat et possidebat, Is quoque
Generosus Josephus Ossolinski tenebit,
habebit et possidebit ad extrema vitae
sua tempora. Promittimus autem
pro Nobis et Serenissimis Success-
ori-

bus

bus et Serenissimis Successoribus No-
stris, non esse Nos eundem Genero-
sum Josephum Ossolinski ab usu
et pacifica possessione ejusdem Ca-
pitaneatus Sandomiriensis amotu-
ros vel alienaturos, neminiq; amo-
vendi vel alienandi potestatem
daturos, sed salvum et integrum jus
Advitalitii Ipsi conservaturos, quod
et Serenissimi Successores Nostri pra-
stabunt. Ratione cujus Advitalitii
solitam proventuum Quartam quo-
tannis statuto tempore ad Thesau-
rum Regni inferre tenebitur. Juri-
bus Nostris Regalibus, Reipublicæ
Ecclesiaq; Romana Catholicæ salvis.
In quorum fidem præsentes manu
Nostra subscriptas, Sigillo Regni
communiri jussimus. Datum Var-
saviæ Die Vta Mensis Januarii
Anno Domini M. D. CC. LXIII Regni
vero Nostri XIX Anno. Augustus
Rex. Locus ✠ Sigilli Minoris Re-
gni. Conveniens Magnifico Jose-

pho

pho Comiti de Tenczyn Ossolinski
Palatino Bithynie ad Cedendum
de Capitaneatu Sandomiriensi in
personam Generosi Josephi Osso-
linski Filii sui datur. Antonius
Wyszynski Premisliens Varsavien
Canonicus Sr. Rs mtis et Sigilli Re-
gni Secretarius mp. Foris Procancel-
lariatu Illmi Excellmi et Rndmi
Domini Michaëlis de Granow Wo-
dzicki Episcopi Premisliensis Abbatis
Commendatarii Cervenen et Clarae Tum-
bae Procancellarii Regni sigillatum.
Quas ejusmodi Literas Consensus les-
pra scripti sic ut præmissum Oblatas
. Nos ad Acta præsentia Suscipi, inscri-
bi et ex iisdem fideliter descriptas, Par-
ti postulanti Authentice extradi,
Originale vero rursus offerenti re-
stitui; de quo recepto Cancellariam
præsentibus quietat; permisimus.
In quorum fidem ac Actum ut supra.
Oblata Consensus dati Magni
ficis Josepho de Tczyn Os-

VG.

so:

Ostrinski Palatino Volhyniæ et
Theresiæ de Stadnickie Conju-
gibus ad cedendum de Villa
seu Advocatia Komorow in
Palatinatu Sandomiriensi sua,
in personam Generosi Josephi
Ostrinski Filii sui.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse Ad Acta
præsentia Metrices Regni Cancellariæ No-
stræ minoris Literas Originales pa-
yreas, manu Serenissimi olim Au-
gusti III. Regis Prædecessoris Nostri
subscriptas, Sigillog̃ minori Regni
communitas, sanas, salvas, illæsas
omnig̃ suspicionis nota carentes, con-
tinentes in se Consensum Magni-
fici Josepho de Tęczyn Ostrinski
Palatino Volhyniæ, et Theresiæ
de Stadnickie Conjugibus datum, ad
cedendum de Villa seu Advocatia
Komorow in Palatinatu Sandomi-
riensi sita in personam Generosi
Josephi Ostrinski Filii sui, teno-

ris

ris sequentis. = Augustus Tertius Dei
Gratia Rex Polonie, Magnus Dux
Lithuanie, Russie, Prussie, Masovie,
Samogitie, Kijovie, Volhynie, Po-
dolie, Podlachie, Livonie, Smo-
lensciæ, Severie. Czerniechoviæ
nec non Hæreditarius Dux Saxonie,
Princeps et Elector. Significamus pre-
sentibus Literis Nostris quorum in-
teresse Universis et singulis. Concessis-
se Nos ac permisisse, consentireq' ac per-
mittere Magnifico Josepho Comiti de
Tęczyn Ossolinski Palatino Volhy-
nie, Sandomiriensi, Chmielniciensi
Capitaneo Nostro et Theresiæ de Sta-
dnickie Conjugibus legitimis, ut pos-
sint et valeant de omni et integro
jure suo Advitalitio, quod illis super
Villam Komorow dictam, in Palati-
natu et Districtu Sandomiriensi ex-
tam servit et competit, cedere illudq'
in personam Generosi Josephi Comi-
tis de eadem Tęczyn Ossolinski Fi-
lii sui plenarie transferre et trans
fun-

fundere. Qua quidem Cessio, Juris∫q; trans:
fusio postea quam coram Actis gui:
busvis Authenticis Regni facta et re:
cognita fuerit. Nos eam ratam habi:
turi sumus, utique previo Consen:
su Nostro peragetur. Vigore cujus Ces:
sionis praesentis∫q; Consensus Nostri pra:
dictam Villam cum Advocalia Komo:
row dictam, tum cum omnibus pre:
diis, adificiis, curiis Structuris, agris,
pratis, Campis, Sylvis, nemoribus, ru:
betis, gaiis, fluviis, fluminibus, Stagnis,
lacubus, piscinis, pascuis, hortis, pomariis,
apisteriis, molendinis, Tabernis, Cme:
thonibus, hortulanis, Colonis, locatis
et locandis, subditis eorum∫q; labori:
bus, censibus, usibus, fructibus et emolu:
mentis, actis∫q; attinentiis et pertinentiis
ab antiquo ad eandem Villam et Advo:
catiam Komorow spectantibus, nullis
penitus exceptis, tenebit, habebit et pos:
sidebit ad extrema vita Sua tempora
Promittimus autem pro Nobis et Se:
renissimis Successoribus Nostris non

esse

ejse. Nos nej Serenissimos Successores
Nostros ab usu et pacifica possessione
ejusdem Villæ et Advocatiæ Generosum
Josephum Comitem de Tenczyn Ossoliński amoturos, sed salvum et integrum
jus advitalitiale ei conservaturos, quod
et Serenissimi Successores Nostri præsta-
bunt, Juribus Nostris Regalibus, Reipu-
blicæ Ecclesiæq Romanæ Catholicæ salvis.
In quorum fidem præsentes manu No-
stra subscriptas Sigillo Regni communi
iri jussimus Datum Varsaviæ Die
Vta Mensis Januarii Anno Domini MD.
CCLXIIII. Regni verò Nostri XXI Anno.
Augustus Rex. Locus † Sigilli Minoris
Regni. Consensus Cedendi de Villa seu
Advocatia Komorow in Palatinatu San-
domiriensi sita Magnifici Josepho Comi-
ti de Tenczyn Ossolinski Palatino Vol-
hyniæ et Theclæ de Stadnickie Comi-
gibus in Personam Generosi Josephi
Ossolinski Filii sui. Antonius Wy-
szyński Premisliens Varsavien Canoni-
cus Sæ Rae Mtis et Sigilli Regni Secreta-
rius mp. Joan: Prosancellariatu Illmi

Excellmi

Excellmi et Rmdmi Domini Michaelis
de Jranow Wodzicki Episcopi Premi-
slien. Abbatis Commendatarii Cerven
et Clarae Tumbae Prosancellarii Regni
Sigillatum. = Quas ejusmodi Litteras Con-
sensus suprascripti sic ut praemissum
Oblatas, Nos ad Acta praesentia suscipi,
inscribi, et ex iisdem fideliter descriptas
Parti postulanti Authentice extradi,
Originale vero rursus offerenti resti-
tui jde quo recepto Cancellariam praesen-
tibus quietat. permisimus In quorum
fidem &c Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feriâ
Sexta ante Dominicam
Laetare Quadragesima-
lem proximâ Die vi-
licet Decima Quinta
mensis Martii, Anno
Domini Millesimo
Septingentesimo, sexa-
gesimo Quinto. Regni
vero Nostri Primô
Annô.

Ad

Ad Relationem Suprascri:
pti Illmi et Reverendmi
Domini Procancellarii Regni.
Inscribunt sibi mutuam Adui:
talitatem Generosi Fontanie
Conjuges.

Stanislaus Augustus ac.

Significamus ac Quod coram Actis pra:
sentibus Metrices Regni Cancellaria
Nostra Minoris, comparentes perso:
naliter Generosi Jacobus Fontana et Ma:
gdalena de Barrere invicem Conjuges,
sibi mutuo ad infrascripta recognosce:
da consentientes, sani mentibus et cor:
poribus existentes, recedendo á Foro Ter:
rii, et Jurisdictionibus suis quibus vi
propriis, huic autem Jurisdictioni No:
stre Regie quo ad infrascripta recogno:
scenda attinet, se subiiciendo et incor:
porando, palam, libere, ac benevole reco:
gnoverunt, presentibusq; recognoscunt.
Quia Ipsi sibi mutuo et ab invicem mu:
tuam Aduitalitatem et reciprocum usum
et fructum omnium et singulorum Bo:

norum

norum hæreditariorum et Obligatoriorum
mobilium et immobilium, habitorum
et habendorum ac post favente Divina
gratia acquirendorum aut devolven-
dorum, summarumq; quarum vis pe-
cuniarium habitarum et habendarum
inscriptarum et inscribendarum ac ubi-
vis locorum et in deposito existentium.
tum Auri Argenti, clenodiorum, vestium,
vestimentorum, omnisq; generis et spe-
ciei domesticarum suppellectilium, equo-
rum, pecorum et pecudum ad extrema
duntaxat vitæ Suæ tempora, inscribunt
et assecurant, tali videlicet modo: Quod
si et inquantum prius Generosum Re-
cognoscentem Maritum quam ejus Ge-
nerosam Consortem pariter Recognoscen-
tem, ex hac luce decedere contigerit, extunc
prædicta Illius Generosa Consors superstes
existens, omnia et singula Bona mo-
bilia et immobilia Summasq; quas-
vis pecuniarias morte Generosi Mariti
derelicta et derelictas, Ipsumq; concer-
nentia et concernentes cum omnibus
eorundem Bonorum Summarumque

utili-

utilitatibus, usibus, fructibus, provenitibus,
commodis et emolumentis, tenebit, habe:
bit et possidebit, illisq; fruetur ad extre:
ma vitæ Suæ tempora, sine ulla Suc:
cessorum suprascripti Generosi Mariti
Sui contradictione et impedimento. Post
fata verò memoratæ Gnosæ Consortis Bo:
na hæc omnia et singula, Summaque
quævis pecuniaria ad Successores Ejus:
dem Generosi Mariti vita functi devol:
ventur devolviq; debent. Pari quoque
ratione, si et inquantum supradictam
Generosam Consortem Recognoscentem
prius quam Ejus Generosum Maritum
è vivis decedere contigerit, extunc præ:
expressus Generosus Maritus Reco:
gnoscens in vivis existens. Bona omnia
et singula mobilia et immobilia, Sum:
maq; quasvis pecuniarias morte Ge:
nerosæ Consortis derelicta et derelictas
Ipsamq; concernentia et concernentes,
cum omnibus eorundem Bonorum
Summarumq; prædictarum utilitati:
bus usibus, fructibus, provenitibus, com:

modis

modis et emolumentis, tenebit, habebit,
et possidebit. illisq; fruetur ad ultimum
vitæ suæ exitum, sine quavis Successorum
antè dictæ Generosæ Consortis Suæ con:
tradictione et impedimento. Vor: fata
verò sæpefati Generosi Mariti Recogno:
scentis, omnia hæc et singula Bona mo:
bilia et immobilia, Summæq; quævis
pecuniariæ ad Successores ejusdem Ge:
nerosæ Consortis devolventur devolvi q;
debent. Hi Sui personalibus Recogni:
tionibus ad præmissa mediantibus. Pro
majori verò firmitate manibus pro:
priis se subscripserunt. Jakub Fonta:
na mp. Magdalena Fontana. Quam
ejusmodi Inscriptionem Mutua Advi:
talitatis sic ut præmissum factam
et recognitam, Nos firmam ac de jure
validam haberi volentes, eandem ad
Acta præsentia suscipi, inscribi et ex ip:
dem fideliter descriptam Parti postulan:
ti Authentice extradi permittimus.
In quorum fidem ac Actum ut su:
pra.

Actum

Actum Varsaviæ Feria
Secunda post Domini-
cam Lætare Quadrage-
simalem, proxima Die
scilicet Decima Octava
mensis Martii Anno
Domini, millesimô se-
ptingentesimo, sexage-
simo Quinto, Regni vero
Nostri Primô Annô.

Ad Relationem supra scripti
Illmi et Reverendissimi Do-
mini Cancellarii Regni.

Roborant censum Contractum
Generosus Augustus S.R.I. Prin-
ceps Sułkowski, Supremus Re-
gni Notarius abuna, et Reli-
giosus Pater Stanislaus Konar-
ski Scholarum Piarum Expro-
vincialis parte ab altera.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis

pra-

præsentibus Metrices Regni Cancellaria
Nostra Minoris, comparentes personaliter Generosus Augustus Princeps
in Bielsk Sułkowski, Supremus Regni Notarius, Novodvorscensis ac Capitaneus ab una, et Religiosus Pater Stanislaus Konarski, Scholarum Piarum Ex Provinciali uti specialiter a Religioso Patre Alexio Ozga, ejusdem Instituti Scholarum Piarum per Poloniam Præposito Provinciali, constitutus Plenipotens, nomine præexpressi Religiosi Patris Provinciali, atque totius sua Polona Provincia Regens parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo a Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibuscunq; propriis huic autem Jurisdictioni Nostra Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet se subiiciendo et incorporando, palam, sponte, libere, ac per expressum recognoverunt præsentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi certum Contractum inter se Recognoscentes occasione Novæ

C. Fun:

Fundationis favore ante dicti Instituti
Scholarum Piarum, memorata Polona
Provinciæ, in Oppido sui Jeneroси Recogno-
scentis hereditario Rydzyna dicto, in
Palatinatu Posnaniensi Districtu Frau-
stadiensi, Diœcesi Posnaniensi sito faciendæ
et erigendæ, hic Varsaviæ Die Decima Ter-
tia Mensis et Anni currentium initum,
et latino idiomate Die sequenti, nimirum
Decimaquarta Mensis Martii consen-
ptum, manibusq; sui utriusq; Recogno-
scentium propriis subscriptum et Sigil-
lis in cera rubra signatoria expressis com-
munitum, in omnibus illius punctis, clau-
sulis, conditionibus, nexibus, ligamen-
tis, vadio, Foro ibidem appositis, roborant,
approbant, confirmant et ratificant, il-
lumque firmiter, tenere, complere, in-
violabiliter observare, atque ei tam
in toto quam in minima quavis ipsius
parte stare, parere et plenè satisfacere
se suis cum Successoribus submittunt
obligant et asseurant, idque sub Vadio
Duorum Millium Aureorum in Casu

alio

alicuius Contraventionis recensito Con:
tractui et presenti ejusdem Roborato:
riæ Inscriptioni irremissibiliter suc:
cumbendo. Proquo quidem vadio taliter
ut pramissum est, succubito, Data una
Pars per alteram, videlicet Pars eundem
Contractum non tenens et complens,
per alteram illum tenentem et com:
plentem in Foro ubiquinario Partibus
competenti: recessu suprascripto medi:
ante: peremptoriè absq; quibuscunq; dila:
tionibus, exceptionibus, beneficiis Juris,
suis cum Successoribus respondere te:
nebitur. Ad suis personalibus Reco:
gnitionibus ad pramissa mediantibus
Alias in forma Inscriptionis Roborato:
riæ de Jure plenissima firmissima et
perfectissima. Pro majori vero firmitate
manibus propriis se subscripserunt. R.
P. Suthowski D. B.J.N.R. Stanislaus Ko:
narski S. P. exprmp. Quam ejusmodi
Inscriptionem Roboratoriam sic ut
pramissum factam et recognitam Nos
firmam ac de jure validam haberi vo
lens

lentes eandem ad Acta præsentia resci:
pi, inscribi, et ex iisdem fideliter descri:
ptam Parti postulanti Authentice ex:
tradi permisimus In quorum fidem ac
Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho
pridie Dominicæ Passionis
Die scilicet Vigesima Ter:
tia Mensis Martii Anno
Domini Millesimo Se:
ptingentesimo Sexagesi:
mo Quinto, Regni verò
Nostri Primô Annô.

Ad Relationem suprascripti
Illmi et Reverendissimi
Domini Procancellarii Regni.

Relatio Ministerialis Regni
Generalis data Intromissionis
Nobilibus Tepperom Conjugi:
bus ad Palatium Varsaviæ
in Platea Szeroka dictum.

Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod veniens perso

nali:

naliter ad Acta præsentia Metricas Regni Cancellaria Nostræ Minoris Nobilis Alberius Jasinski, Ministerialis Regni Generalis Authenticatus et Juratus, in vim veræ suæ ac fidelis relationis, palam, libere, ac benevole recognovit. Quia Ipse ad Officiosam requisitionem Nobilium Petri Tepper Serenissimæ Imperatrici totius Russie Agentis, et Ludovicæ Elisabethæ de Sautery Legitimorum Conjugum, habitis secum majoris testimonii gratiâ duobus Nobilibus, videlicet Generosis Martino Brzenowski Burgrabio Cathrensi Varsaviensi et Victorino Wisrowaty Vice Notarida Kolnensi die hodierna in Actu contenta ad Palatium Muratum hic Varsaviæ in Platea Szeroka dicta ac in Vicinitate Palatii Ciecierski olim nuncupati situm præexpressorum Nobilium Tepperow Conjugum proprium et hæreditarium condescendit, ibidemq; vigore Donationis ejusdem Palatii per Generosum Petrum

Baro:

Baronem Riaucour Consiliarium Nostrum,
coram Actis praesentibus Mestrices Regni
Feria Tertia post Festum Sancti Mat:
thia Apostoli proxima, Die videlicet Vi:
gesima sexta Mensis Februarii Anno
currenti praenominatis Nobilibus Tep:
perom Conjugibus facta et recognita,
observatis omnibus Juris Solemnitatibus
circa ejusmodi Actus fieri solitis, praemis:
saq; omnium jus et interesse aliquod ad
antedictum Palatium sic ut praemissum
donatum, habentium, ter, et ultra soli:
tam juris formam quater, voce sua so:
norosa et praeconica acclamatione in:
tromissionem realem et actualem iis:
dem Nobilibus Tepperom Conjugibus
in praefatum Palatium et Fundum,
aedificia, Stabula, Cellinas Structuras
parvas et magnas cunctasq; attinen:
tias et pertinentias ad hoc Palatium
ab antiquo spectantes nemine impu:
nante neq; contradicente dedit et rite
contulit. Hac sua personali Recogni:
tione ad praemissa mediante. Quam

ejus:

ejusmodi Ministerialis Regni Generalis relationem Nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem ad Acta praesentia suscipi, inscribi et ex iisdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem ac Actum ut supra.

Relatio Ministerialis Regni Generalis, data Intromissionis Nobilibus Tepperom Comitibus ad Palatium Varsaviae in Platea dluga situm Cieciorskiorum dictum.

Stanislaus Augustus ac.

Significamus ac. Quod veniens personaliter ad Acta praesentia Metricis Regni Cancellariae Nostrae Minoris Nobilis Albertus Jasinski Ministerialis Regni Generalis Authenticatus et Juratus in vim suae verae ac fidelis relationis palam, libere ac benevole recognovit. Quia ipse ad Officiosam requisitionem Nobilium Petri Tepper Serenissimae Imperatricis totius Russiae Agentis

et

et Ludovica Elisabetha de Sautery
Legitimorum Conjugum, habili secum
Majori testimonii gratiâ duobus Nobi-
libus, videlicet Generosis Martino Chra
nowski Burgrabio Castrensi Varsaviensi
et Victorino Wisnowsky, Vice Notario
Kalnensi, die hodierna in Actu contenta
ad Palatium Partim Muratum, partim li-
gneum, hic Varsaviæ in Platea Długa,
inter Vicinitates Fundorum Religiosa-
rum Monialium Regulæ Sanctæ Bri-
gittæ ex una et Palatii quondam Osso-
linski ex post Radziwiłłowski et Biauco-
nowski dicti ad præsens suprædictorum
Nobilium Tepperow Conjugum proprii
et hæreditarii parte ex altera situm et
jacens, olim Cieciérski vocitatum, ac mo-
do dictorum Nobilium Tepperow Co-
njugum proprium et hæreditarium
condescendit, ibidemq; vigore Donationis
ejusdem Palatii per Generosum Petrum
Baronem Biaucour Consiliarium No-
strum coram Actis præsentibus Me

tri

trices Regni Feria Tertia post Festum
Sancti Matthiæ Apostoli proxima Die
videlicet Vigesima Sexta Mensis Februarii
Anno currenti in personas prænominato-
rum Nobilium Tepperow Conjugum facta
et recognita, observatis omnibus juris
solemnitatibus circa ejusmodi Actus fieri
solitis, præmissaque omnium jus et in-
teresse aliquod ad actè dictum Palatium
sic ut præmissum donatum, habentium,
ter, et ultra solitam juris formam quater
voce sua sonora et præconica acclamati-
one, Intromissionem realem et actualem
eisdem Nobilibus Tepperom Conjugibus
in præfatum Palatium, fundos, ædificia,
stabula, culinas, hortum structuras cun-
ctasq; attinentias et pertinentias ad
hoc Palatium ab antiquo spectantes,
nemine impugnante, neq; contradicen-
te, dedit et rite contulit, de quo præsens
ipsius relatio. Quam ejusmodi præca
præsi Ministerialis Regni Generalis
Relationem, Nos firmam ac de jure
validam haberi volentes, eandem ad

Acta

Acta præsentia suaqui inscribi et ea
iidem fideliter descriptam Parti postu-
lanti Authentice extradi permisimus. In
quorum fidem de Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Sabba-
tho pridie Dominicæ
Palmarum Quadragesi-
malis, Die scilicet Trige-
sima Mensis Martii,
Anno Domini Millesi-
mõ Septingentesimõ
Sexagesimõ Quintõ
Regni vero Nostri An-
no Primõ.

Ad Relationem supra scri-
pti Illustrissimi et Reũmi
Domini Procancellarii Regni.

Oblata Conservationi Honora- Ewr
ta Joanna Ludovica Breijel
Vidua et Filii ejus circa bi-
na Molendina Oberskie di-
cta in Palatinatu Posnanien

et

et Capitaneatu Medereccensia.

Stanislaus Augustus ac.

Significamus ac. Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Regni Minoris Cancellaria Nostra Literas Originales papyreas Conservationi inscriptas, manu Nostra Regia subscriptas et Sigillo Minori Regni communitas sanas salvas et illaesas, omnique suspitione carentes Tenoris sequentis:= Stanislaus Augustus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeq:= Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis, Expositum Nobis est per certos Consiliarios Nostros latere Nostro assidentes, Nomine et pro parte Honorate Joannae Ludovicae Breijel natae Mestingbrood, olim Honorati Benedicti Gottwaldi Breijel Consortis relictae Viduae Dinorum Molendinorum Oberskie dictorum in Palatinatu Posna:

Palatinatu Posnaniensi et Capitaneatu Medereensi ad Fluvium Obra sitt vi: gore Privilegii Serenissimi olim Diva memoria Augusti Tertii Regis Prade: cessoris Nostri de Data Varsaviæ Die x xv Mensis Novembris Anno Domini M.D CCLII Possessrici. Supplicatumq; Nobis est ut præfatam Honoratam Joannam Lu: dovicam Brijel Viduam una cum Filio ejus Joanne Carolo Potthiff Brijel circa possessionem dictorum Molendinorum conservare et manu tenere dignaremur Cui supplicationi Nos Stanislaus Au: gustus Rex benigne annuentes præ: dictam Honoratam Brijel Viduam cum Filio ejus conservamus et manutene: mus, Vigore cujus Conservationis præ: dicta Molendina cum omnibus ædi: ficiis, Agris, Pratis, Campis, Pascuis, attinen: tiis pertinentiisq; Pecorum, Pecudum ac Ovium, in tanto numero quantus ad rem familiarem augere sufficiet, alen: di et fovendi aliisq; commodis et emo: lumentis in Originalibus Privilegiis

ex:

expressis nec non cum libera molitura
per subditos Villarum Murzynow et
Alexandrow dictarum in iisdem Mo:
lendinis expedienda et prestanda, tene:
bit, habebit et possidebit ad extrema
Vitæ Suæ tempora una cum Filio Suo.
Promittimus autem pro Nobis et Sere:
nissimis Successoribus Nostris, non esse
Nos Serenissimosq; Successores Nostros ab
usu et pacifica Possessione dictorum Mo:
lendinorum prefatam Honoratam Brijel
Viduam cum Filio Suo amoturos neq;
amovendi cuipiam potestatem daturos,
sed salvum et integrum jus Advitalitæ
ac Ipsis conservaturos, quod et Sere:
nissimi Successores Nostri prestabunt,
ita tamen ut ad mentem Novellæ Legis
solitam Contributionem quotannis sol:
vant, Juribus Nostris Regalibus Rei:
publicæ Ecclesiæq; Romano Catholicæ
salvis manentibus. In quorum fidem
presentes Manu Nostra Subscriptas
Sigillo Regni communiri jussimus
Datum Varsaviæ Die XXIX Mensis

Mar:

Martii Anno Domini M. DCCLXV Regni vero Nostri I Anno: Stanislaus Augustus Rex † Locus Sigilli Minoris Cancellaria Regni. Conservatio Honorata Joanna Ludovica Brijel Consortis relicta Vidua et Filii ejus circa bina Molendina Oberskie dicta in Palatinatu Posnaniensi et Capitaneatu Mederecensi sita. Antonius Sierakowski Ia. R.e M.tis et Sigilli Regni Secretarius mpp. Fori: Procancellariatu Illustrissimi et Reverendissimi Domini Andreae Stanislai Młodzieiowski Procancellarii Regni Sigillatum. Quas ejusmodi Literas Conservationis superscripta sic ut praemissum Oblatas, Nos ad Acta praesentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptas, Parti postulanti Authentice extradi, Originale verò rursus Offerenti restitui: de quo recepto Cancellariam praesentibus quietari permisimus. In quorum fidem ac Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria Tertia post Dominicam

Pal:

Palmarum Quadragesimam
sem proximâ, Die scilicet
secunda mensis Aprilis
Annô Domini millesimô
septingentesimô sexage-
simô Quintô. Regni ve-
ro Nostri Anno Primô.

Ad Relationem suprascripti
Illmi et Reverendissimi
Domini Procancellarii Regni.
Oblata Resolutionis Juridicæ su-
per specie facti.
Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Oblatam esse ad Acta
præsentia Metricis Regni Minori Can-
cellaria Nostræ, certam resolutionem
Juridicam super specie facti manibus
Reverendi Præsidentis et Magnifici
Marschalci Supremi Tribunalis Regni
subscriptam ac Authoritate Eorundem
certificatam tum per Rndum Adn:
dream Stanislaum Młodziejowski
Procancellarium Regni, subscriptione

Ejus

Ejus cum appositione Sigilli gentilitii in cera rubra expressi legalisatam omnig suspitionis nota carentem, Te norii ejusmodi = Species Facti = Quidam ex Ordine Equestri, in Polonia moritur intestatus et opulentam hereditatem tam in bonis mobilibus quam Immobilibus, Jure Nobilitatis Terrestris gaudentibus et hereditariis consistentem, unico suo Filio impuberi, Hæredi ex asse, relinquit, qui etiam intra Annos impubertatis decedit, Matrem et Patruum seu Patris fratrem relinquens = Mater pro Herede se gerens, totam occupat hereditatem, tam mobiliorem, quam immobiliorem in ingribus Bonis Terrestribus et Hereditariis, intra fines Poloniæ sitis consistentem = Lis oritur super hanc Hereditatem inter Matrem et Patruum, cui ex Filia Mortua supersunt Nepotes Neptesq et totius Litigii decisio dependet ab hac quæstione præjudiciali: Utrum in Polonia Mater Filio Equestri

suo

stris Ordinis ab Intestato mortuo in
omnibus ejusdem Bonis tam Mo:
bilibus quam Immobilibus, Jure
Terrestri Nobilium gaudentibus
in Hominibus actionibus, et Jur:
bus unicè succedat, an verò ab hac
successione per Collaterales, scilicet
per Fili Patruum, hujusq descen:
dentes excludatur. Quum vero nul:
lum sit dubium, quin in hoc Casu
Collaterales, secundum Jura Polonie
excludant ascendentes, a Summis Po:
lonie Tribunalibus Petricoviensi
et Lublinensi nec non Universita:
tibus Cracoviensi et Zamoscensi ex
petitur attestatum, quod ita in Tri:
bunalibus Polonie super hunc Casum
pronuntietur. Ad Questionem supra
expressam: Respondetur: De Jure Re:
gni Nostri inter homines Equestris
Ordinis Successio Ascendentium pla:
nè locum nullum habet, Proinde
Mater in gradu ascendenti respe

ctu

eu Filii sui sterilis, ac intestati de
mortui nullam post eundem succes-
sionem capit, nec quidem Patruus ex
propter ejusmodi rationem hujus
successionis capax, verum ad Filios ipsi-
us tanquam in Collaterali descenden-
ti extantes tota devolvitur. Ita supre-
mum Regni Tribunal decidere solet
Ignatius Cichowicki Praeses Tribu-
nalis mpp. Ignatius Ettner mare: Tri-
bunalis Regni mpp Lublini secunda
Martii 1765. = Andreas Stanislaus Kost-
ka Wodziejowski Procancellarius Re-
gni et Metropolitanus Gnesnensis Can-
cellarius = Significamus praesentibus
Universis et Singulis quorum interest.
Qualiter productum fuit coram Nobis
suprascriptum legale Judicium su-
per specie facti a Capite ejusdem Ju-
dicii expressa et subscriptiones Illu
strissimorum Reverendissimi, et Ma-
gnifici Praesidentis ac Marschalci
Tribunalis Regni a Nobis recogni-
ta sunt Eorum propria, nullique

sus

suspitioni possunt esse obnoxia. In quo-
rum fidem praesens Testimonium
dedimus Varsaviæ hac die Secunda
Mensis Aprilis Anno Domini mil-
lesimo septingentesimo octagesimo
Quinto. And.s Stan.s Młodziejowski Pro-
Cancellarius Regni mpp. † Locus Sigilli
Gentilitii in cera rubra hyspanica ex-
pressi: Quam ejusmodi Resolutionem
Juridicam sic ut praemissum Oblatam
Nos ad Acta praesentia suscipi inveni-
bi, et ex iisdem fideliter descriptam. Par-
ti Postulanti Authentice extradi, Origi-
nale vero rursus offerenti restitui; de
quo recepto Cancellariam praesentibus
quietari; permisimus. In quorum fi-
dem ac Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria
Secunda post Domini-
cam Conductus Paschæ
proxima, Die scilicet
Decima Quinta Mensis
Aprilis, Anno Domini
Mil-

Millesimô Septingen:
tesimô Sexagesimô Quin:
to. Regni verò Nostri
Primô Anno.
Ad Relationem Suprascri:
pti Illustrissimi et Reve:
rendissimi Domini Pro:
Cancellarii Regni.
Roborat cerium Scriptum Ge:
nerosus Joannes Borch Succa: Ve:
merarius Livoniæ, in rem
Generosi Petri Baronis Riau:
court datum.
Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod coram Actis
præsentibus Mernices Regni Cancel:
laria Nostra Minoris, comparens
personaliter Generosus Joannes:
Borch Succamerarius Livoniæ, sanæ
mentis et corporis existens, recedendo
à Foro, Terris et Jurisdictionibus Sui
quibuscunq; propriis, huic autem Juri

dic:

dictioni Nostræ Regiæ quo ad infra-
scripta recognoscenda attinet se
subiiciendo et incorporando, palàm
sponte liberè ac per expressum
recognovit. præsentibusq' recogno-
scit. Quia Ipse scriptum certum
Obligatorium in rem Generosi Petri
Baronii Riaucour Comitiani Nostri
hic Varsaviæ Die hodiernæ inclu
contenta una cum paragrapho
diversa manu annotato per se
Recognoscentem datum, manuque
sua propria subscriptum, in omni-
bus ejusdem scripti punctis, clausu-
lis, nexibus et ligamentis, roborat,
approbat, confirmat et ratifícat, eidem-
que tam in toto, quam in quavis
minima illius parte, stare, parere,
et plenè satisfacere se suis cum suc-
cessoribus de et super Bonis suis o-
mnibus inscribit, obligat et assecurat
Hac sua personali Recognitione
ad præmissa mediante. Aliàs in for-
ma

ma Inscriptionis Roboratoria de Ju:
re plenissima firmissima et perfectis:
sima. Pro majori verò firmitate
manu propria se subscripsit Joan:
nes de Borch Succamerarius Ducatus
Livoniæ mpp. Quam ejusmodi Inscri:
ptionem Roboratoriam sic ut præ:
missum factam et recognitam Nos
firmam ac de jure validam haberi
volentes, eandem ad Acta præsentia
suscipi, inscribi et ex iisdem fideliter
descriptam Parti postulanti Authen:
ticè extradi permisimus. In quorum
fidem ac Actum ut supra.

Roborat Scriptum Obligatori:
um Generosus Theodorus Dück
bicki Capitaneus Varteinen:
sis, in rem Generosi Joannis
Borch Succamerarii Livoniæ
datum.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c Quod coram Actis
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ

Nostra Minoris Comparens personaliter
Generosus Theodorus Dzienbiecki,
Capitaneus Partelnensis, sanus mente et corpore existens, recedendo à Fo-
ro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis huic autem Jurisdictioni Vestræ Regiæ, quo ad inscripta recognoscenda attinet se subiiciendo et incorporando, palam, sponte, libere, ac per expressum recognovit præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse scriptum certum Obligatorium per se Recognoscentem, Generoso Joanni Borch Succamerario Livoniæ hic Varsaviæ Die hodierna in Acta contenta, una cum paragrapho diversa Manu annotato datum, manuq; sua propriâ subscriptum, in omnibus ejusdem scripti punctis, Clausulis, nexibus, et ligamentis, roborat, approbat, confirmat et ratificat, eidemq; scripto suo obligatorio, tam in toto, quam in quavis illius minima parte, stare, parere, et plene satisfacere se suis cum Successoribus de et super Bonis suis omnibus inveniè-

bit.

bit, obligat et assecurat. Hac sua persona-
li Recognitione ad premissa mediante.
Alias in forma Inscriptionis Robora-
toriæ de jure plenissima, firmissima
et perfectissima. Pro majori verò firmi-
tate manu propriâ se subscripsit.
Theodorus Dzierzbicki. Quam ejus-
modi Inscriptionem Roboratoriàm
sic ut premissum factam et recognitam.
Nos firmam ac de jure validam, haberi
volentes, eandem ad Acta præsentia re-
cipi, inscribi, et ex iisdem fideliter de-
scriptam Parti postulanti Authentice
extradi permisimus. In quorum fi-
dem ac Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Sexta ante Dominicam
Misericordiæ, proximâ,
Die scilicet Decima-
na Mensis Aprilis, An-
no Domini Millesimô
Septingentesimô Sexa-
gesimo Quintô. Regni
vero Nostri Primo Annô.

Ad

Ad Relationem suprascripti
Illustrissimi et Reverendissi-
mi Domini Procancellarii
Regni.
Substituit Plenipotentem Ge-
nerosum Casimirum Karas Castel-
lanum Vilnensis. Generosum
Ignatium Husarzewski Capi-
tanum in Exercitu Sae Rae Mtis
Stanislaus Augustus ac.
Significamus ac. Quod coram Nobis
praesentibus Metrices Regni Cancel-
laria Nostra Minori. comparens per-
sonaliter Generosus Casimirus Karas
Castellanus Vilnensis, sanus mente
et corpore existens, recedendo à Foro
Terris et Jurisdictionibus suis qui-
buscumque propriis, huic autem Juris-
dictioni Nostra Regiae, quo ad infra-
scripta recognoscenda attinet se
subiiciendo et incorporando, palàm
libere ac per expressum recognovit
praesentibusq; recognoscit. Quia ipse
inhaerendo Plenipotentiae suae

per

per Generosos Successores olim Illu-
strium Magnificorum Stanislai
Colek Poniatowski Castellani Cra-
coviensis et Constantiæ de Ducibus
Gartonyshic Conjugum, hic Varsaviæ
coram Actis itidem Metrices Regni
Cancellariæ Minoris Feria Quarta
in Crastino Festi Sancti Thomæ
Apostoli Die scilicet Vigesima
secunda Mensis Decembris An-
no Millesimô Septingentesimô
Sexagesimô Secundô in Personam
sui recognitæ, cum vigore facultá-
tis substituendi, alios Plenipoten-
tes in eadem sibi data, jam ex nunc
et defacto, in locum sui Generosum
Ignatium Mysarzewski Capitaneum
in Exercitu Nostro, verum, indubi-
tatum, legitimum Plenipotentem
substituit, constituit et ordinavit,
præsentibusq; substituit, constitu-
it et ordinat idque ad Annum.
Dans et concedens Eidem Genero-

so

so Substituto à se Recognoscente Ple-
nipotenti, plenam facultatem et
omnimodam potestatem Causas
omnes et singulas, occasione cu-
juvis negotii, suprascriptorum
Generosorum Successorum olim
Illustrium Magnificorum Stani-
slai Cobek Poniatowski Castellani
Cracoviensis et Constantiæ de Du-
cibus Czartoryskie Conjugum pro-
prias, tam ex Actoratu quàm et re-
atu incidentes, instituas vel institu-
endas, in omni Judicio vel Officio
Regni, Majoris Minorisve Subsellii,
cujuscunq; Terræ et Districtus etiam
Tribunalitii Regni Majoris Mino-
risve Poloniæ, promovendi, defen-
dendi, Comparitiones inscribendi,
replicandi, duplicandi, et quadrupli
candi, juramenta deferendi et ausul-
tandi, Decreta petendi et urgendi,
favorabilia acceptandi, a contrariis
movendi et appellandi, appellationes

et

et Motiones prosequendi, Executiones
Decretorum urgendi, arresta imponendi,
penas judiciarias levandi, de levatis
quietandi, fintromissiones in penis
decretorum offerendi, aliosq; Plenipo:
tentes in locum sui cum simili vel
limitata potestate substituendi, desi:
gnandi, et coram quibuscunq; Actis Au:
thenticis Regni inscribendi, caeteraq;
omnia legitimos Plenipotentes ad
Causas constitutos concernentia mu:
nia peragendi et exequendi. Promit:
tens se, suiq; Constituentis fideq; Prin:
cipales hac cuncta, quae per memoratum
Generosum Substitutum Plenipoten:
tem modernum, vel ab ipso vigore
facultatis praesentis substitutis alijs,
acta et gesta fuerint, pro rato et grato
susceptorum et susceptoros. Hac sua
personali recognitione ad praemissa
mediante, pro majori vero firmitate
manu propria se subscripsit. Cajeta:
nus Karas Castellanus Vinensis m.p.
Quam ejusmodi Substitutionem Ple:

nipo:

... nipotentiis Nos firmam ac de jure va-
lidam haberi volentes, eandem ad
Acta praesentia suscipi, inscribi, et
ex iisdem fideliter descriptam Parti
postulanti Authentice extradi per-
misimus. In quorum fidem ac Actum
ut supra.

Actum Varsaviae Feria
Sexta ante Dominicam
Jubilate proxima Die
scilicet Vigesima Sexta
Mensis Aprilis Anno
Domini Millesimo Se-
ptingentesimo Sexa-
gesimo Quinto, Regni
vero Nostri Primo Anno.
Ad Relationem suprascri-
pti Illustrissimi et Reve-
rendissimi Domini Pro-
Cancellarii Regni.
Approbat Generosa Cristina
de Sapiechy Maszalska Pocil:
latrix M. D. L. Inscriptionem

Obl:

Obligatoriam more Lithvanico
factam in rem Generosi Jusryn:
Ski servien:
Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod coram Actis
praesentibus Metrices Regni Cancel:
laria Nostra minoris comparens
personaliter Generosa Christina de
Sapiechy Massalska, olim Generosi
Joannis Massalski, Pocillatoris Magni
Ducatûs Lithvaniae Consors relicta
vidua, sana mente et corpore existens,
recedendo à Foro, Terris et Jurisdicti:
onibus Suis quibuscunq; propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostra Regiae
quo ad infrascripta recognoscenda
attinet se subiiciendo et incorporan:
do, palàm, sponte ac benevolè reco:
gnovit praesentibusq; recognoscit. Quia
Ipsa Inscriptionem Obligatoriam
infrascriptam, more usitato Lithvanico
confectam, Manibusq; tam sui Reco:
gnoscentis, quam Amicorum eandem
Inscriptionem obsignantium sub
scri:

scriptam, tenoris sequentis: Krysty-
na z Sapiehow Massalska Podczaszyna
W.X.Litt. czynię wiadomo tym moim
dobrowolnym obligacyinym Assek-
racyinym oraz Swiadczynym Listem
Sapiem Jmci Panu Michałowi Ju-
szynskiemu iako Ekzorowi służącym
a W.ci Ks. Piotrowi Hiacinthemu Sli-
wickiemu Wizytatorowi Kongrega-
cyi Missyi, iako Plenipotentowi da-
nym na to: Iż ja wyż wyrażona Kry-
styna z Sapiehow Massalska Podcza-
szyna W.X.Litt. będąc potrzebną pie-
niędzy, summę 6. Pana Michała Ju-
szynskiego trzech czerwonych złotych
ważnych niebrakowanych poiedyn-
kowych sztuk osmset osmdziesiąt
w dyspozycyi W.ci Ks. Piotra Hiacyn-
ta Sliwickiego Wizytatora Kongre-
gacyi Missyi, będącą, pożyczyłam
wzięłam y do rąk moich odliczyłam
asekurując się vama za siebie y za Suk-
cessorow moich. Iż od takowey summy
pobi pomienioney P. Pan Juszynski wy-

wy-

będzie, procent złotem takoż ważnym
nie brakowanym rachuiąc po sześćdziesiąt
od sta, to iest czerwonych złotych sześć
dziesiąt y dwa, corocznie niżym, ter:
minu Kolucyi prowizyi w Dzien Swię:
tego Jerzego w Roku Tysiącznym. sześć:
setnym Szesćdziesiątym Szostym Dnia
Dwudziestego Trzeciego Miesiąca Aprila
poczęć się maiący, nieuchybiaiąc, za
kwitem W. X. Sędzia Sliwickiego Wi:
zytatora lub innego Plenipotenta
wypłacać mam, y Sukcessorowie moi
powinni będą, a ieżeliby w którym
kolwiek czasie będący ley Summy u
mnie na lokacyi Smierć zakroczyła,
Jmci Pana Stefana Jurzynskiego, tedy
tak sam Kapitał Osmset Osmdziesiąt
czerwonych złotych siła y prowizyą
od tey pory wszelkie do terminu na:
leżący, na trzy rowne części rozdzie:
lony do trzech Szpitalow Warsza:
wskich to iest: iedną część trzecią por:
cyą Summy wynoszącą do Szpitala
pod Tytułem Dzieciątka Jezus w War:
szawie będącego, drugą takąż rowną

pier:

pierwszey części do Szpitala pod tytułem
S. Ducha w Warszawie będącego, a trzecią
dwom pierwszym części równą do Szpitala
pod Tytułem S. Kazimierza w Warszawie
będącego, nie na czyie inne ręce, tylko
do tych pomienionych Szpitalow wyli-
czyć y oddać mam lub Sukcessorowie
moi powinni będą, prokurując sobie
kwity od przełożonych tychże Szpita-
low, które u każdego Sądu za realne
y ważne być maią, które to wypłacanie
tak corocznej Prowizyi, iako po Smierci
mey Pana Jurzymskiego rozdanie Sum
my na pomienione Szpitale aby nie
zawodne y realne było, tak ia sama kry-
styna z Sapiechow Wasilska Podczasz-
na W.X. Litt. moim niniejszym Obli
gacyinym Assekuracyinym oraz Cwi-
kacyinym Skryptem obowiązuie się
y Sukcessorowie Moi we wszystkich
punktach ten moy dobrowolny Obli-
gacyiny, assekuracyiny, oraz Cwikcyiny
Zapis dotrzymać będą powinni, Na co
dla zupełnieyszego bezpieczeństwa po-

mie-

mienioney Summy Osmiuset Osmie:
dziesiąt Czerwonych Złotych wnaszam
Cwikcyą na Folwark moy Dziedziczny
Polonek nazwany w Powiecie Wolko:
wyskim leżący do Starostwa Rozanskie:
go należący, lokuiąc wyraznie dla pe:
wnosci y bespieczeństwa Summy pomie:
nioney kapitał na wyrażonym Folwarku.
A za niedotrzymaniem w którymkolwiek
punkcie tego mego dobrowolnego Obliga:
cyinego, asekuracyinego oraz Cwikcyine:
go Zapisu, Zarzekł ważności rzeczy wyno:
szące opisuię y rozprawę iaknaykrotszym
Terminem u każdego Sądu tak w Rzi:
pswie Litewskim iako y Koronie Polskiey
nie ruszaiąc żadnych Dobrodzieystw Pra:
wnych przyiąc. Ja sama mam y Sukces:
sorowie moi powinni będą. I na to daię
ten moy dobrowolny, obligacyiny asse:
kuracyiny oraz Cwikcyiny Zapis z pod
pisem ręki moiey y W Jchmć Panow
Pieczętarzow ustnie y oczywisto odemnie
uproszonych. Dan w Warszawie Roku
Tysiącznego Siedymsetnego Szesćdzie
siątego Piątego, Miesiąca Kwietnia

Dum:

Dwudziestego czwartego Dnia. Krystyna
z Sapiehow Massalska Pod: Lit: Locum
Custodiæ seu Fenestrellæ more Lithua-
nico facta. Subscriptionum verò Amico-
rum tenor sequens. = Ustnie y oczywisto
prozony Pieczętarz od Jasnie Wielmo-
żney Jmci Pani Krystyny z Sapiechow
Massalskiey Podczaszyney W.X.L. do
tego Obligacyinego, Assekuracyinego, oraz
Cessyinego Zapisu, na Summę Czerwo-
nych Złotych ważnych nie brakowanych
pieniężnowych Sztuk Ośmset Ośm
dziesiąt, z procentem co rocznie nie
zawodney prowizyi rachuiąc po Siedm
odsta idą Czerwonych Złotych Sześć
dziesiąt y dwa pokiby ta Summa Cy-
ctionaliter na Folwarku Polomiu
schowana w Boku J.W.Jmci Podczaszy-
ney W.X.Lit: lub Jey Sukcessorow zosta-
wała, a post decessum Actora tey Summy
iako się Fundus we Srzedzinie tego zapisu
wyraziło, taż Summa in tres æquales
divisa partes, na trzy Szpitale Warsza-
skie cedere ma Jmci Panu Michałowi
Jerzymskiemu qua Actorowi, a W.J.Xię

dzu

dzu Piotrowi Hlayntemu Slizwickiemu
gua Plenipotentiowi danego, podług Prawa
podpiwszy się Michał Szwykowski Pisarz
Grodzki Pltu Slonimskiego mp. Ustnie y ocze-
wisto prozony Pleczętarz od wyż wyraźo-
ney Osoby do tego Obligacyinego, assek-u-
racyinego oraz Cwikcyinego Zapiwu na
rzeci w nim wyrazoną podług Prawa
podpiwszy się A. Jakob Krzywinski mp in
omnibus ejusdem Inscriptionis obliga-
torie punctis, clausulis, nexibus, ligamen-
tis vadio et foro ibidem apponitis, approba-
vit, confirmavit, et ratificavit, prout quidem
per presentem ad Acta hac Comparitionem
Suam approbat, confirmat et ratificat,
ac eidem in omnibus plenè stare se suis
cum Successoribus obligat et assecurat. Hac
sua personali Recognitione ad premissa
mediante. Pro majori verò firmitate ma-
nu propria se subscripsit. Krystyna
z Sapiehow Massalska Cod. ed X Litt=
Quam ejusmodi approbationem Inscri-
ptionis Obligatoriæ sic ut premissum
factam et recognitam. Nos firmam ac
de jure validam haberi volentes, eam-
dem ad Acta presentia suscipi, et ex iisdem

fi=

fideliter descriptam. Parti postulanti authen:
tice extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho
pridie Dominicæ Can:
tate Die scilicet Quarta
Mensis Maii, Anno Do:
mini Millesimo Septin:
gentesimo Sexagesimo
Quintô Regni vero No:
stri Primô Annô

Ad Relationem supranscripti
Illustrissimi et Reverendis:
simi Domini Cancellarii Regni.

Oblata Juris Emphiteutici su:
per Duos Mansos Dixonowsk[illegible]
vocatos Generosi Bandre Conju:
gibus et ipsorum Successoribus
servientis.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta
præsentia Metrices Regni Cancella:
riæ Nostræ Minoris Literas Origina:
les papyreas, Jus Emphiteuticum
super Duos Mansos parcuales in In:
sula Majori æconomiæ Mariæburgen

sitos

sitos Dixonowskie vocatos Pii Bandre
Conjugibus ipsorumq; Successoribus serviens
in se continens, manu Serenissimi olim
Augusti Tertii Regis Praedecessoris Nostri
Subscriptas, Sigilloq; Majori Regni com:
muniias, vanas, salvas, illaesas, omniq;
Suspitionis notâ carentes tenoris se:
quentis. Augustus Tertius Dei Gratia
Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae,
Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae,
Kiioviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae,
Livoniae, Smolenciae, Severiae Cer:
choviaq; nec non Hereditarius Dux
Saxoniae et Princeps Elector. Significa:
mus praesentibus Literis Nostris
quorum interest universis et singulis.
Quia Nos habito respectu meritorum et
actualium a tot annis servitiorum Je:
neroi Francisci Bandre Consiliarii No:
stri Commissionum Nobis fideliter pra:
stitorum, ulteriusq; praestandorum faci:
endum esse duximus, ut Ipsi Conjugique
Ipsius Annae, Natae Hamilton Filiae Hen:
rico, Alexandro et Filiabus Christiane
Fridericae Ochmgen et Charlotte Elisa:
bethae Hoyer natis Bandre, Duos Mansos

Casa:

Casuales in Insula majori Oeconomiæ Mar:
ieburgensis in Confinio agrorum Jnoiovien:
sium et Kalthoffiensium sitos, antiquitus
Winckel, nunc Dixonowskie vocatos, post
extinctum Jus fatis Jenerose Elisabetha
Goldschade, sine hæredibus ex lumbis
defunctæ ad liberam Nostram disposi:
tionem devolutos, damus et conferre:
mus, prout etiam Ipsis Successoribusq;
et hæredibus illorum quibuscunq; vel ab in:
testato vel vigore Testamenti post fata
eorum succedentibus, ut eo quidem Suc:
cessionis Ordine, ut post fata Matris,
Annæ Hamilton, Filius Henricus Alexan:
der, et post hujus mortem filiarum natu
prima Christiana Friderica Ochmgen,
et hac quoq; mortua, Soror Ipsius Charlotta
Elisabetha Hoyer sibi invicem succe
dere debeant, præfatos duos Mansos
Dixonowskie dictos, jure Emphyteutico
damus et conferimus à data præsenti:
um ad decursum Quadraginta Annorum
immediate sese sequentium, à termino;
dicta data incipientium, ad hunc ce Ter:
minum in Anno Deodante 1790 occu:
pandos tenendos et possidendos, cum omni:
bus

bus, fundis, attinentiis et juribus ad supra-
dictos Manso spectantibus, eadem extensi-
one, usu et jure prout illi vigore antece-
dentium Privilegiorum fuerunt concessi,
idq; cum libera facultate et plenaria po-
testate, eadem Bona, eodem Jure cuivis ce-
dendi et alienandi cum in modum, ut
nulla alia Cessionis vel alienationis appro-
batione opus habeant, sed praesens Privi-
legium loco Confirmationis Nostrae sem-
per valere debeat. Promittentes pro No-
bis et Serenissimis Successoribus Nostris
nos esse Nos, neq; Serenissimos Successores
Nostros memoratum Generosum Fran-
cicum Bandre, ejusq; Conjugem Annam,
natam Hamilton, filium Henricum
Alexandrum, Filiasq; Christianam Fri-
dericam Oehmgen et Charlottam Eliza-
betham Hoyer eorumq; Haeredes ac Succes-
sores Ordine Successionis qui supra scriptus
est, semper observato, vel quovis Cessiona-
ries abusu et pacifica possessione pra-
dictorum Duorum Mansorum Dixmo-
rumve vocatorum amoturos vel aliena-
turos, neminiq; amovendi vel alienan-
di potestatem daturos, sed circa memo-

ratum

ratum Jus praenoj Privilegium Possessi-
oni et usui ad Annos Quadraginta seruj-
ens, inviolabiliter conservaturos. Quod
et Serenissimi Successores Nostri praesta-
bunt. Ratione cujus Emphyteusis tam di-
cti Jenbrovi Emphyteuta quam illorum
Successores seu Cessionarii singulis Annis
pro Festo S. Martini Census Sexaginta
Sex et 1/3 Florenorum Ruthenicalium ex
quolibet Manso ad Arcem Nostrum Mar-
ieburgensem importare tenebuntur. Juri-
bus Nostris Regalibus, Reipublicae, Sanctae
Romanae Ecclesiae salvis manentibus.
In quorum fidem praesentes Manu No-
stra subscriptas Sigilla Regni communiri
jussimus. Dabantur Varsaviae Die XVI.
Mensis Maii Anno Domini M.DCCLVIII
Regni vero Nostri XXV. Anno. Augustus
Rex Locus † Sigilli Majoris Regni. Jus
Emphyteuticum super duos Mansos
Casuales in Insula Majori dicor Marie-
burger in confinio Agrorum Jnojovien
et Kalthoffien sitt Dizonowskie vocator,
post extinctum Jus fatis Jnoza Chia-
bethae Goldschade ultima possidentis
ad Regiam dispositionem devolutos,

Jno

Gio Francisco Bandre Emiliano Commis:
sionum S.R.M. Anna Nata Hamilton Co:
njugi, Henrico Alexandro Filio, Christiane
Friderica Oehmgen et Charlotta Elisabe:
tha Hoyer filiabus, eorum Haeredibus
Successoribus aut Cessionariis ad Annos
Quadraginta inserviens. Adalbertus Bia:
łowski Locumtenens Terrae Vilnen Sigilli
Majoris Regni Secretarius. Forin= Cancel:
lariatu Illmi Excelmi Domini Joan:
nis Comitis in Komskie et Białaczow
a Malachowice Malachowski Supremi
Cancellarii Regni, Ostrolecensis Prode=
censis ac Capitanei Sigillatum= Lucu
jusmodi Literas Juris Emphyteutici
suprascriptas sic per Oblatam ut pre
missum est porrectas. Nos ad Acta pra:
sentia, Suscipi, Inscribi, et ex iisdem fi=
deliter descriptas Parti postulanti Au:
thentice extradi, originale vero offe:
renti restitui permisimus. In quo:
rum fidem ac Actum ut supra.

Oblata Juris Emphyteutici su: per Octo Manso Lascuales Spar: rau dictos in Insula Minori Oeconomiae Mariaburgensis sitos,

Eeta

nitos, Generosis Bandre Conjugibus, ipsorumq; Successoribus servientis.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas sibi ad Acta praesentia Medices Regni Cancellaria Nostra Minoris Literas Originales papyreas Jus Emphyteuticum super Octo Mansos Rascuales in Insula Minori Oeconomiae Mariaburgensis sitos sparas dictos Generosis Bandre Conjugibus, ipsorumq; Successoribus serviens, in se continentes, manu Serenissimi olim Augusti Tertii Regis Praedecessoris Nostri subscriptas, Sigilloq; Majori Regni communitas, sanas, salvas, illaesas, omniq; suspitionis nota carentes tenoris sequentis. Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae Podlachiae, Livoniae, Smolenciae, Severiae, Czernichoviaq; nec non Hereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector. Significamus prae-

præsentibus Literis Nostris quorum inter-
est universis et singulis. Quia Nos ha-
bito respectu meritorum et actualium
a tot annis servitiorum Generosi Fran-
cisci Bandre Comitiarii Nostri Commis-
sionum Nobis fideliter præstitorum ul-
teriusq; præstandorum, faciendum esse
duximus, ut Ipsi Conjugiq; Ipsius Anne
nate Hamilton, Filiò Henrico Alexan-
dro, et Filiabus, Christiane Friderice
Ochmgen, et Charlotte Elisabethe Ho
yer natis Bandre, Octo Mansos Pascu-
ales Sparrau dictos, in Insula Minori
Œconomie Nostre Mariæburgensis,
ad Pagos Fischau et Kœnigsdorff, nec
non ad Fluvium Superioris Thiene
adjacentes post extinctum Jus fatis Ge-
nerose Elisabethe Goldschade, sine
heredibus ex lumbis defuncte, ad libe-
ram Nostram dispositionem devolutos
daremus et conferremus prout etiam
Ipsis Successoribusq; et hæredibus illorum
quibuscunq; vel ab intestato vel vigore
Testamenti post fata eorum Succeden-
tibus et eo quidem Successionis ordine

ut

ut post fata Matris Anna Hamilton
Filius Henricus Alexander, et post hu:
jus mortem filiarum natu, prima
Christiana Friderica Ochmgen, et hac
quoq; mortua, soror ipsius Charlotta
Elisabetha Hoyer sibi invicem Suc:
cedere debeant, præfatos Octo Mansos
suam, vigore Contractus Sponsalitii a Magnifico
Leopoldo Comite Kinski Senatore Regni Bohemie
et Theresia de Marchionibus Rovrano Comiti-
gibus Filiis Parentibus, ad Manus suas recepta
et exoluta, ac mediantibus Inscriptionibus libri
prima super Duodecem Millia Florenorum
Rhenensium seu Quadraginta Octo Florenorum
Colonialium Millia, Feria Quinta post Festum
Purificationis Beatissima Virginis Maria
proxima, Die videlicet Quarta Mensis Februarii
Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo
Secundo, altera super Triginta Millia ibidem
Florenorum Rhenensium, seu Centum Viginti
Millia Florenorum Colonialium sub hodier-
no Actu per se Comparentem, coram Actis pra-
sentibus Metricem Regni Cancellaria Minoris
recognitis, in Bonis suis generaliter omnibus
assecurata. Eidem Magnifica Theresia de Co-
mitibus Kinskie Conjugi sua Carissima Ejusque
Successoribus Summam Centum Sexaginta Octo
Millium Florenorum Colonialium tenetur

ac

ac debet. Segue et Suos Successores teneri et
debere de et super Bonis Suis generaliter omni
bus habitis et habendis, hereditarijs et obli:
gationis, Summisq; pecuniarijs, mo:
do veri, justi, realis, ligueidiae simplicis debiti
in et pro Cautione Sancti S. Joannis Baptistae
in Anno Deodante ventura Millesimo Se:
ptingentesimo Sexagesimo Sexto, dare, solvere,
et circa Officium Actag; Castrensis Capitaneatus
Parraviensis reponere et relinquere, repositi:
tamq; et relictam curare ab eisdem Actis non
efficiendere, nec modo quovis arrestare, inno:
vare, reformat, obligat et assecurat, idque sub
Vadio similis Summae Centum Sexaginta Octo
Millium Florenorum Polonicalium in Casum
Contraventionis Inscriptioni praesenti, et eidem
non satisfactionis irremissibiliter succumbendo.
Proque quidem Vadio rei ipsa principali Sta:
tus existens Magnificus Recognoscens praecessu
suprascripto mediante, coram Officio Castreno:
Capitaneali Parraviensi seu alio quovis Sibi
competenti peremptorie respondere, stare, ju:
ri parere, Vadium succubitum solvere, omneq;
judicatum pati absq; omni dilatione, excepti:
one, evasione, motione, appellatione earumq;
quovis modo prosecutione Suis cum Succesto:
ribus tenebitur. Hac Sua personali recogniti:

one

one ad premissa mediante. Alias in forma Jen:
scriptionis Reformatoria Datis de jure plenissima
et perfectissima. Do majori verò firmitate
manu propria se subscripsit. Andreas Princeps
Doniatowski Jen: Maj: Quam ejusmodi Inscri:
ptionem Reformatoriam sic ut premissum
factam et recognitam Nos firmam ac de jure
validam haberi volentes eandem ad acta pre:
sentia verbis inseribi, et ex eisdem fidelitèr
descriptam Curiæ postulanti Authenticè extra:
di permisimus. In quorum fidem ac Testimonium utsup.

Actum Varsaviæ Feriâ
Sexta in Vigilia Festi San:
cti Laurentii Levitæ et
Martyris, Die scilicet Nona
Mensis Augusti Anno Do:
mini Millesimo Septin
gentesimo Sexagesimo
Quinto, Regni vero Nostri
Primo Anno.

Ad Relationem suprascripti
Illustrissimi et Reverendissimi
Domini Cancellarii Regni.
Inscribit specialem Plenipotentem
Generosus Georgius Wilhelmus Foltz

Capi:

Capitaneu Tucholiensii, Jeneralis
Locum tenens in Exercitu Sae Rae Mtis
et Reipublica, Jenerosum Augustum
Stanislaum Jolz Capitaneum Grau-
dentinensem, Jeneralem Majorem
in Exercitu Regni Fratrem Suum
Stanislaum Augustum ac.

Significamus ac. Quod coram Actis praesenti-
bus Metricis Regni Cancellaria Nostra Minoris
comparens personaliter Jenerosus Jeorgius
Wilhelmus Jolz Capitaneus Tuholiensis Jene-
ralis Locum tenens in Exercitu Nostro et Reipu-
blicae, sanus mente et corpore existens, recedendo
a Foro Terris et Jurisdictionibus Seis quibuscu-
proprie huic autem Jurisdictioni Vestra Regia
quo ad infrascripta recognoscenda attinet se
subiiciendo et incorporando, palam sponte, libe-
re ac benevole recognovit praesentibusq; reco-
gnovit. Quia Idem Jenerosum Augustum Stani-
slaum Jolz Capitaneum Graudentinensem
Jeneralem Majorem in Exercitu Regni Fra-
trem Suum Germanum in Suum verum legi-
timum, indubitatum ac specialem Procu-
torem elegit, constituit, inscripsit et so-
lenniter ordinavit, prout praesentibus elegit
constituit, inscribit et solenniter ordinat.
Dans et concedens eidem plenariam facultatem,

omni

omnimodam absolutamq; potestatem Causas Suas
tam juris quam facti judiciarias generaliter
omnes et singulas cum quibuscunq; personis
occasione cujuscunq; negotii, in Omni Judicio
et Officio Regni, etiam Tribunalitio Judiciis,
ac quovis Foro, tam ex Pactoratu quam et reatu
habitas et habendas, institutas et instituendas
promovendi, defendendi, jure tuendi, Compari-
ones inscribendi, Decreta urgendi, favorabilia
acceptandi, a contrario movendi et appellandi
Appellationes prosequendi, juramenta attentan-
di, panas judiciarias levandi, de levatis qui-
etandi Executiones Decretorum urgendi, Contra-
missiones in Bona offerendi et apprehen-
dendi, Condescensiones attentandi, Arresta
impetrandi, Compromissa inscribendi, Transa-
ctiones quascunq; ac Contractus tam intuitu
hereditatis et successionis se Recognoscentem
concernentium, quam alio quocunq; titulo sibi
competentium ineundi et conscribendi, Actis
Authenticis Regni roborandi, Resignationes
Bonorum Domino Sui faciendi, et in personam
sui Resignatorum suscipiendi, Summas levandi
de levatis quietandi aut a quopiam contrahen-
di, Contractus super Bonis sui Recognoscentis
inscribendi et assecurandi, aliosq; Omnes

ten-

tentes pra
stituendi,
ciales &c
agendi et
quid per
tem Sum
grato et v
tum Nill
a se Recog
Competen
tentiam
debere vu
declarat.
pria se su
Capitan
Plenipoten
et recogni
haberi vo
suscipiend
fidem ac

tentes praecipue ad causas in locum Sui sub-
stituendi, ceteraq; omnia, vera, legitimo et spe-
ciales Plenipotentes concernentia munia per-
agendi et exequendi. Promittens se id totum quid
quid per supradictum Generosum Plenipoten-
tem Suum factum et gestum fuerit, pro rato
grato et valido suscepturum, idq; sub Vadio Cen-
tum Millium Florenorum Bona Monetae
a se Recognoscente in quovis Judicio et Officio
Competenti vindicando. Quam Suam Plenipo-
tentiam ad Triennium integrum durare
debere vult ac praesenti sua Recognitione
declarat. Pro majori vero firmitate manu pro-
pria se subscripsit. Georgius Wilhelmus Goltz
Capitan Tucke. Jen: Leutn. Quam ego modi
Plenipotentiam sic ut praemissum factam
et recognitam Nos firmam ac de jure validam
haberi volentes eandem ad Acta praesentia
suscepi ac profligua juxta formam, in quorum
fidem ac Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria
Secunda post Festum
Sancti Egidii Abbatis pro-
xima Die scilicet Secunda
Mensis Septembris Anno

Do:

Domini Millesimo Septingen-
tesimo Sexagesimo Quinto
Regni vero Nostri Pri-
mo Primo.

Ad Relationem suprascripti Illu-
strissimi et Reverendissimi Dñi
Procancellarii Regni.

Roborat Magnificus Theodorus Wes-
sel Supremus Regni Thesaurarius
Scriptum certum in rem Generosi
Ambrosii Thomae Empinski Me-
tricis Thesaur. Regni Praefecti darum
Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis praesen-
tibus Metricis Regni Cancellaria Nostra Mi-
noris comparens personaliter Magnificus
Theodorus Wessel Supremus Regni Thesau-
rarius sanus mente et corpore existens re-
cedendo a Foro, Terris et Jurisdictionibus
Suis quibuscunque propriis, huic autem Jurisdi-
ctioni Nostra Regiae quoad infrascripta
recognoscenda adhaeret, se cum Bonis suis
generaliter omnibus subiiciendo et incor-
porando, palam, sponte, ac per expressum
recognovit, praesentibusq; recognoscit.

Quia

Quia Ipse Scriptum certum per se Recogno-
scentem in rem et personam Generosi Am-
brosii Thomæ Tempinski Metricæ Thesauri
Regni Præfecti hic Varsaviæ sub Die Duode-
cima Mensis immediate præteriti Augusti
Anno nunc currenti Millesimo Septingente-
simo Sexagesimo Quinto datum, Manu Sua
propria subscriptum et Sigillo Suo gentili-
tio in cera rubra expresso communitum
in omnibus pris et singulis, punctis, clausu-
lis, nexibus, Articulis et ligamentis approbat,
roborat, confirmat, et ratificat, eidemq' tam in
toto, quam in quavis minima illius parte,
stare parere et plenè satisfacere, illudq' firmi-
ter tenere et complere se suis cum Succesori-
bus de et super Bonis suis generaliter omni-
bus inscribit, submittit obligat et assecurat.
Hac Sua personali recognitione ad premissa
mediante. Et hac in forma Inscriptionis Ro-
boratoriæ de jure plenissima, firmissima
et perfectissima. Ero majori vero firmitate
manu propria se subscripsit. I. Wessel. P.
W. Kor. Quam ejusmodi Inscriptionem
Roboratoriam sic ut premissum factam
et recognitam Nos ac reliqua juxta formam

Actum

Actum ut supra.

Recedunt à Juribus suis ad certos Mansos in Villa Regali Livald seu Rivald in Palatinatu Curmensi jacente suos habentis, Generosi Margettowic Conjuges. Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis praesentibus Metuices Regni Cancellaria Nostra Minoris comparentes personaliter Generosi Joannes Jacobus Dini Dominus de Manget Vicecolonellus Regiminis Juvenis Pedestris Nostra et Gottlieba Christina de Braun invicem Conjuges, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo a Foro Terrii et Jurisdictionibus suis quibuvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostra Regia quo ad infrascripta recognoscenda attinet se cum Bonis suis omnibus subiiciendo et incorporando, palam spontè, liberè ac per expressum recognoverunt praesentibusq' recognoscunt. Quia ipsi à quo ejus jure suo praetenso ac Privilegiis tam ex per Mansos Viginti Quatuor, quam et ex per Mansos Quatuor distinctim a Sere-

nit-

nissimo olim Augusto Tertio Rege Praedecessore Nostro sub Die Decimaquinta Mensis Maii Anno Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Septimo in Medietate Villa Pivald seu Rywald Nostra Regalis in Palatinatu Culmensi consistentis ad sinistram Cancellaria informationem obtentis, nec non a causa et Actione intuitu praemissorum Mansorum ad Judicia Nostra Assessorialia Generosis Thoma Czapski et Maria Onyszkowo Capitaneis Knyszynen. instituta et intentata, ibidemq. hucusq. vertente, nihil sibi juris aut cuiquam juvis praetextus ex vi obtentorum eorum: dem Privilegiorum ad mentionatos Manso Regales tam vigintiquatuor quam dictum etiam quatuor in Medietate praenominata Villa Rywald existentes reservando, recedunt et eisdem Privilegiis uti ad sinistram Cancellaria Informationem exportatis renuntiant, jam vero de toto et integra Judiciario Processu in Judiciis Nostris Assessorialibus hucusq. ea in causa continuato, Manifestationibus quibuscumq, Ministerialium Relationibus Intromissionibus Idem Generosi Mangetowie Conjuges vuprascripto

Jeo

Generosos Capitaneos Knyszynenses
Capitaneos Ipsorumq; Successores quietant absolutosq; faciunt et pronunciant. Hac sua
personali recognitione ad premissa mediante. Pro majori vero firmitate manibus
propriis se subscripserunt. J. DE. Sanget
Ober: Leut. Chrientina Gottlieb de. Sanget
Quem ejusmodi Recessum sic ut premissum
factum et recognitum Nos reliqua juxta
formam Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Tertiâ post Festum. San-
cti Egidii Abbatis proxi-
ma. Die scilicet Tertia
Mensis Septembris Anno
Domini Millesimo Septin-
gentesimo Sexagesimo
Quinto, Regni vero No-
stri Primo Anno.

Ad Relationem suprascripti
Illustrissimi et Reverendissimi
Dni Procancellarii Regni.

Recedit a Manifestatione sua
de tempore Interregni in Actis
Castrensibus Capitaneatibus Var-

VC.

sa-

saviensibus Millesimo Septingente-
simo Sexagesimo Tertio Anno fa-
cta Magnificus Theodorus Wessel
Supremus Regni Thesaurarius.
Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod coram Nobis praesenti-
bus Metrices Regni Cancellaria Nostra Minoris
comparens personaliter Magnificus Theodorus
Wessel Supremus Regni Thesaurarius, sanus
mente et corpore existens, recedendo a Foro,
Terris et Jurisdictionibus Sui quibuscuis pro-
priis, huic autem Jurisdictioni Nostre Regiae
quo ad infrascripta recognoscenda attinet se
subiiciendo et incorporando, palam sponte
ac per expressum recognovit, praesentibusque
recognoscit. Quia Ipse a Manifestatione intu-
itu Summarum et remanentibus solidi-
narum Pictiensium, Bochnensium et Sam-
borziensium mediante Contractu sibi in Aren-
dam ab Aula seu Camera Serenissimi olim
Immediate Dominantis Augusti Tertii Bie-
gii Poloniae dimissarum provenientium,
de tempore Interregni per se Recognoscen-
tem ad Acta Castrensia Capitaneatus Varsa-
viensis Feria Sexta in Crastino Festi
Immaculatae Conceptionis Beatissimae Vir-

gi-

ginis Mariæ, Anno Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo Tertio porrecta, et in eadem facta
recedit, eamdemque plenè et ex integro tollit,
cassat, mortificat et annihilat. Hac sua
personali Recognitione ad præmissa mediante. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit. L. Wessel J. R. I. Quem ejusmodi Recessum sic ut præmissum factum et recognitum Nos ac. s. religua juxta formam Actum ut supra.
Recedit a Manifestatione seu Remanifestatione in Actis præsentibus Electrice Regni Cancellaria Nostra Minoris, comparens personaliter Generosus Augustus Franciscus Ezemius Serenissimæ Domus Electoralis Saxonicæ Legationum Consiliarius. Stanislaus Augustus ac.
Significiamus ac. Quod coram Actis præsentibus Electrice Regni Cancellaria Nostra Minoris, comparens personaliter Generosus Augustus Franciscus Ezemius Legationum Serenissimæ Domus Electoralis Saxonicæ Consiliarius, specialisque ejusdem Plenipotens et Mandatarius, sanæ mentis et corporis existens, recedendo a Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis

huic

huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo
ad instantia recognoscenda attinet se subiici-
endo et incorporando, palàm vpontè, ac per
& præsentibus recognoscit
expressum recognovit. Quia Ipse a Manifesta-
tione seu Bremanifestatione in et contra Ma-
nifestationem Magnifici Theodori Wessel
Supremi Regni Thesaurarii de tempore In-
terregni in Actis Cujusvis Capitaneatûs
Varsaviensibus Feria Sexta in Festo
Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Vir-
ginis Mariæ Anno Millesimo Septingente-
simo Sexagesimo Tertio emissam faciendo
et subscribi in Actis Metricis Regni Feria Sex-
ta ante Dominicam Sexagesimæ proxima die
videlicet Octava Mensis Februarii Anno præ-
senti Millesimo Septingentesimo Sexage-
simo Quinto, vigore Mandatorum Serenissimæ
Aulæ Electoralis Saxonicæ ad id datorum
præcautoditæ recedit, dictamq; memoratæ
Manifestationis seu Bremanifestationis ad
quam Acta Authentica Regni pertingenda
præcautoditionem supra de Actu exaratam
ex toto et integro tollit, cassat mortificat
et annihilat. Hac sua personali Recogniti-
one ad præmissa mediante. Alias in forma
Recessus de jure plenissima, firmissima et per

fe-

sectissima. Pro majori verò firmitate manu
propria se subscripsit. Augustus Franciscus
Xaverius Quem ejus modi Receptum, sic ut
praemissum factum et recognitum Nos ac.
p. reliqua juxta formam p. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria
Secunda post Festum
Exaltationis Sanctæ Cru-
cis proximâ Die scilicet
Decima. sexta Mensis
Septembris Anno Domi-
ni Millesimo Septin-
gentesimo Sexagesimo Quin-
to Regni vero Nostri
Secundo Anno.

Ad Relationem suprascripti
Illustrissimi et Reverendissi-
mi Domini Procancellarii Regni.

Edit de Capitaneatu Strasburgensi
in Palatinatu Culmensi sito Ma-
gnificus Andreas Zamoyski Supre-
mus Regni Cancellarius Generosis
Carolo de Schmidt Intimo Sacræ
Regiæ Majestatis Commissario, et An-
na de Frize Conjugibus.

Sta-

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Acie praesenti-
bus Metrices Regni Cancellariae Nostrae Mino-
ris comparens personaliter Magnificus Stn.
Andreas Zamoyski Supremus Regni Cancellarius
sanus mente et corpore existens, recedendo
a Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibuscu-
proprio, huic autem Jurisdictioni Nostra Regia
quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se
subiiciendo et incorporando, palam sponte ac per
expressum recognovit, praesentibusq; recognoscit.
Quia ipse inhaerendo Literis Consensus Nostri Re-
gii de data illius die Varsaviae Die Decima
Tertia Mensis et Anni currentium sibi Reco-
gnoscenti ad Cedendum de Capitaneatu Straubur-
gensi in Palatinatu Culmensi vita, benigne a Nobis
dati, Manu Nostra Regia subscriptis et Sigillo
Minori Regni communitis, adpraesens in suo
Originali illaso exhibitis tenoris sequentis.
Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae
Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae, Masoviae &c.
mogitiae, Livoniae Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Li-
voniae, Smolensciae Severiae Czerniechoviaque. Signi-
ficamus praesentibus Literis Nostris quorum interest
universis et singulis Consensisse Nos et permisisse
consentiregi et permittere praesentibus Literis
Nostris Magnifico Andreae Zamoyski Supremo

Regni

Regni Nostri Cancellario ut possit et valeat, de
omni et integro jure suo Advitalitiali quod
ipsi super Capitaneatum Straburgensem in
Palatinatu Cismeni situm venit et compe-
tit cedere, illudq; in Personas Generosorum
Caroli de Schmidt Consiliarii Nostri Intimi et
Annae de Frize Conjugum legitimorum trans-
ferre et transfundere. Quæ quidem Cessio Juriq;
Transfusio postea quam coram Actis quibusvis
Authenticis Regni facta et recognita fuerit,
Nos eam ratam et gratam habituri simus, ut
eam quæ præsentis hocce Consensu Nostro perget
Vigore cujus Cessionis Juriq; Transfusionis
in virtute præsentis Consensus Nostri facta
dictum Capitaneatum Straburgensem, cum
omnibus Villis Oppidis Palatiis, Structuris
ædificiis, agris, pratis, Campis, Sylvis, Bosci,
Jaris, nemoribus, Stagnis, Piscinis, lacubus, flu-
viis, flaminibus, molendinis, Bracitoriis
tabernis, Subditis, eorumq; diversis laboribus,
Censibus, Datiorubus, commodis et emolumen-
tis, cunctis denique attinentiis et pertinentiis
nullis penitus exceptis, sed ita late longe et
circumferentialiter prout ab antiquis et im-
mediatis Possessoribus tenebatur, præfati
Generosi Carolus de Schmidt et Anna de Frize

Conju-

Conjuges ambo et in solidum, tenebunt, habebunt et possidebunt, vel uno vita functo, alter eorum superstes, tenebit, habebit et possidebit ad extrema vitæ sue tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos, Serenissimosq; Successores Nostros, ab usu et pacifica possessione dicti Capitaneatus Strasburg. genois cum attinentiis Præfatos Generosos Casolum de Schmidt et Annam de Fridecowiz Conjuges Ambos amoturos, neque amovendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum jus Advitalitiale eidem conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Præstione cujus Advitalitatis constitutam per Literatores ad mentem Novellæ Legis quartam partem proventuum statu tempore quotannis ad Thesaurum Regni inferre tenebuntur. Juribus Nostris Regalibus Reipublicæ Ecclesiæq; Romano Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XIII Mensis Septembris Anno Domini M.DCC.LXV Regni vero Nostri Secundo Anno. Stanislaus Augustus Rex Locus ✠ Sigilli Cancellaria Minoris Regni Comes Edlendi de Capitane

atte

atu Strasburgensi in Palatinatu Cisrhenani vito
Magnifico Andrea Zamoyski Supremo Regni Can-
cellario in Personas Generosorum Caroli de
Schmidt Intimi Sae Rae Mtis Consiliarii et Anne
de Frize Conjugum legitimorum in solidum datus
Antonius Sikorski Sae Rae Mtis et Sigilli Regni
Secretarius, a tergo harum Literarum Contextu
verborum sequens= Procancellariatu Illustriss-
imi et Rndmi Domini Andreae Stanislai Szo-
dziouski Procancellarii Regni Sigillatum, & Jam
ex nunc et defacto de omni et integro jure suo
Advitalitio, quod, quale, et quantum Sibi Recogno-
scenti ad praefatum Capitaneatum Strasburgensem
in Palatinatu Cisrhenano vitum vigore Privilegii
et Juribus Suorum verum et competit, ac hucusq
verebat et competebat in Personas Generos-
rum Caroli de Schmidt Intimi Nostri Consiliarii
et Annae de Frize Conjugum, cessit, abscessit et
condescendit, prout praesentis Cessionis Jn-
scriptionis virtute, tam de praefacta Advi-
talitate, Privilegio ac juribus suis, quam de eo-
dem Capitaneatu Strasburgensi, ejusq Villis prae-
diis, palatiis, Structuris, aedificiis, agris, pratis, Cam-
pis Sylvis, bosciis, nemoribus, Stagnis piscinis
lacubus, fluviis, fluminibus, Molendinis, Brasa

tori-

dominiis, Tabernis, Subditiis eorumq; laboribus, Censi-
bus, datiònibus, commodis et emolumentis, cunctis
denique attinentiis et pertinentiis, nihil prorsus
Recognoscente excipiendo aut reservando, cedit,
condescendit, et plene, ad tenendum, fruendum,
et possidendum resignat, omnemq; hoc jus Suum
Advitalitium possessionem et usumfructum in
Eosdem Generosos Carolum de Schmidt et Annam
de Frize Conjuges, transfert, transfundit et trans-
portat. Intromissionem realem cum Actuali et
pacifica Possessione per Ministerialem Regni
Generalem quemvis et Nobiles Duos quosvis fa-
cilius conducendos in predictum Capitaneatum
Strasburgensem Officiose acceptandam iisdem Se:
nerosis Cessionariis Suis quovis tempore dat, et
libere admittit, datamq; et admissam nec per se
nec per quosvis submissos et subordinatos per-
sonas prepeditrum aut impugnaturum Se
inscribit et obligat. Hac Sua personali recogni-
tione ad premissa mediante. Actus in forma
Inscriptionis Cessionaria de jure firmissimae
perfectissima. Se major vero firmitate manu
propria Se subscripsit. Andreas Zamoyski
Supr: Regni Cancellarius Quam ejusmodi Ins-
criptionem Cessionariam sic ut premissum
factam et recognitam Nos firmam ac De
jure validam haberi volentes, eandem ad

Acta

Acta præsentia suscipi, inscribi et ex iisdem fi-
deliter descriptam Cantè postulanti Authentiè
extradi permittimus In quorum ac Actum ut sup.

Oblata Rescripti S.ae R.ae Mtis Additi-
oni Tutorum Generoso Henrico
Bandre Minorenni.

Stanislaus Augustus ac.

Significamus ac Oblatas esse ad Acta præ-
sentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Minoris Literas Originales papyreas Manu
Nostra Regia subscriptas et Sigillo Minori
Regni Communitas, Rescriptum Additionis
per Nos Tutorum Generoso Henrico Bandre
Minorenni in se continentes, sanas salvas
illæsas, omnique suspitione carentes teno-
ris sequentis - Stanislaus Augustus Dei
Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ
Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kiioviæ
Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smo-
lenskiæ Severiæ et Czerniechoviæ. Significamus
præsentibus Literis Nostris quorum interest
Universis et singulis. Quia Nos honestæ edu-
cationi, utilique Bonorum Administrationi Gene-
rosi Henrici Bandre Minorennis ex olim Ge-
nerosi Francisci Bandre Commissarii Regii
Salinarum cum Generosa Anna de Hamiltony
procreati Filii &. tanquam Supremus in Re-
gno

prospicere cupientes, ne Bona Ipsius ob non re-
ceptam eorum curam per Testamentarios a
Patre Ipsis assignatos Tutores inordinata Admini-
stratione deteriorentur ac dependantur, Ipsi in
Tutores Magnificum Andream Zamoyski Supre-
mum Regni Cancellarium et Generosum Stani-
slaum Soltz Capitaneum Graudentinensem Gene-
ralem Majorem in Exercitu Regni dandos et de-
signandos esse duximus, prout quidem presentibus
Literis Nostris damus et designamus, plenam et
omnimodam facultatem Ipsis tribuendo ut præ-
fatum Generosum Bandre honestè educari, opti-
mique moribus instrui faciant, bonaq; Ipsius
omnia, tam Mobilia, quam Immobilia post mor-
tem Patris vigore Subdivisionis inter Charedes
Caput illius concernentia, in dispositionem suam
recipiant, et illa usq; ad competentiam Annorum
supra memorati Pupilli administrent, et quæ
pro Pupilli fructu servanda non censebunt,
ipsa si possibile erit, prævia prius offerentia,
et si hæc non occurrerit, justa taxam divendi
demandent, collectaq; ea pariter, et pro diven-
ditis ejus bonis Capitalia in fructus educent.
Postquam autem ad competentiam Annorum
pervenerit, et compos rectæ Administrationis
Suorum Bonorum evaserit, illi Sortem ipsius

in

in Administratione Sua Tutela existentem prae-
vio Calculo et Quietantia de recte administra-
ta, restituant, cateraq' omnia, qua munus et
Officium Tutorum de jure concernunt, peragant
et impleant. In quorum fidem presentes Li-
teras Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni
communiri jussimus. Datum Varsavia Die XII
Mensis Septembris Anno Domini MDCCLXV.
Regni vero Nostri Anno II. Stanislaus Au-
gustus Rex Locus ✝ Sigilli Minoris Cancellaria
Regni. Recepimus Additionis Tutorum Generoso
Henrico Bandre Minorenni Antonius Sikor-
ski Ss. Dr. Mr. et Sigilli Regni Secretarius m.p.
Quas ejusmodi Literas Receptis supra exaratas
Nos ad Acta presentia suscipi, inscribi et ex iis-
dem fideliter descriptas Parti postulanti Au-
thentice extradi, Originale illarum Offerenti
restitui, de quo recepto Cancellaria praesen-
tibus Levetatur, permisimus. In quorum
fidem ac Actum ut supra.

Actum Varsavia Feria
Quarta ante Festum
Sancti Matthaei Apostoli
et Evangelistae proxima
Die scilicet Decima Octava
Mensis Septembris An-

no

no Domini Millesimo Sc. 210.
ptingentesimo Sexagesimo
Quinto, Regni vero Nostri
Secundo Anno.

Ad Relationem Illustrissimi et
Excellentissimi Domini Andreæ
in Bieżun et Kuimo à Zamość
Zamoyski Supremi Regni Can:
cellarii.

Offert ad ingrossandum Nobilis Jo:
annes Franciscus Albani Testimo:
niales legitimè Contracti inter
Nobiles Antonium Bonaventuram
Litwos et Leviam Regii Matrimo:
nii, tum Copiam Extractam Authen:
ticam Oblata Ipsorum Contractus
seu Interceptæ Matrimonialis.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod ad Acta præsentia
Metricis Regni Cancellaria Nostra Minoris
veniens personaliter Nobilis Joannes Fran:
ciscus Albani, obtulit ad inserendum, de:
ctoq; Actui ingrossandum, infrascripta bina
Authentica Documenta nimirum Testi:
monialia legitimè Contracti inter Nobiles

Anto:

Antonium Bonaventuram Pinot, et Leviam Ber-
gii Matrimonii, ex Libro Metrices Copulatorum
Insignis Ecclesiæ Collegiatæ et Parochialis
Varsaviensis depromptas, tum Transumptum
Oblatæ Contractus inter præfatos Nobiles jam
Conjuges initi, ex Actis Consularibus Civitatis
Nostræ Antiquæ Varsaviæ in forma probante
et Authentica rescriptum utraq; Testimonio
Reverendissimi in Christo Patris Domini ad
Nos Regnumq; Nostrum Nuntii Apostolici
Manu filius propria subscripto, et Sigillo
communito Authorizato, sana, salva, illæsa
omnij suspicione carentia quorum tenores sunt sequentes. Et quidem Testimonium Legitimæ contracti Matrimonij Datum in Collegio Vicariorum Regio Insignis Ecclesiæ Collegiatæ et Parochialis Varsaviensis Sancti Joannis Baptistæ Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto Die Undecima Mensis Septembris. Insuper ipsius requisitus de extradendo Authentico Testimonio Legitimi Contractus Matrimonialis in tenore exprimendarum personarum, illud è Libro Metrices Copulatorum ad eandem Regiam Insignem Ecclesiam Collegiatam et Parochialem Var-
sa-

saviensem Sancti Joannis Baptistæ observato
de verbo ad verbum extraxi prout sequitur. Anno
Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo
Primo, Die Vigesima Sexta Mensis Novembris,
Perillustris Reverendissimus Dominus Felix
Paulus Turski Canonicus Metropolitanæ Eccle:
siæ Gnesnensis et Varsaviensis, Officialis Gene:
ralis Varsaviensis ac per Ducatum Masoviæ,
dispensatis bannis, previo diligenti examine,
nullog reperto impedimento canonico, per me
Sebastianum Jacobum Leib Vicarium perpe:
tuum, ac pro tunc Chori hebdomadarium ejus:
dem Ecclesiæ Matrimonium, mutuo libero
Consensu contractum inter Generosos Bona:
venturam Litro Juvenem, et Ludovicam Regis
Virginem, in assistentia mei Chori hebdomadarii
supra memorati benedixit, præsentibus Gene:
roso Domino Joanne Francisco Albani et Gene:
roso Carolo Boluce Laud ita reperitum te:
stor. In cujus rei meliorem fidem Manu pro:
pria me subscribo, ac Sigillo Collegii Communio
Varsaviæ Anno et Die ut supra Sebastianus Ja:
cobus Leib Vicarius perpetuus ejusdem Ecclesiæ
Procurator Collegii mpria Locus † Sigilli Collegii
Vicarialis: Testimonii vero Veri in Christo
Patris Domini Nuntii Apostolici hasce Literas

pro

praexpressas authorizantis id est contextus. Anto-
nius Eugenius Vicecomes Dei et Apostolicæ
Sedis Gratia Archiepiscopus Ephesinus Sanctis-
simi Domini Nostri Domini Clementis Divi-
na Providentia Papæ Ejus Nominis XIII Pra-
latus Domesticus, Prudentij et Sanctæ Sedis Apos-
tolicæ in Regno Polonia et Magno Ducatu Li-
thuania cum facultatibus Legati de Latere Nun-
tius. Universis et singulis præsentes visuris,
lecturis, legive Audituris, notum testatumque
facimus, ex fide digna relatione Nobis constare
supra positum Testimonium ejse manu pro-
pria subscriptum et Scriptum Admodum Re-
verendi Sebastiani Jacobi Leb, Cumj ejse Vica-
rium Ecclesiæ perpetuum Collegiatæ et Parochi-
alis Sancti Joannis Baptistæ, ac Sigillo proprio
Collegii Vicariorum ejusdem Ecclesiæ Sigilla-
tum. Datum Varsaviæ Die Decima Septima
Mensis Septembris 1765. A.C. Archiep. Ephes.
Nunc. Splicius Locus ✠ Sigilli ejusdem Reve-
rendissimi in Christo Patris Domini Nuntii
Apostolici Petrus Jastrzemski Cancellarius =
Extractus vero Oblatæ Extractus Matrimoni-
alis supra insinuati tenor sequens. Actum
Varsaviæ Sabbatho prædie Dominicæ Qua-
dragesimæ Die Vigesima Septima Mensis

Febru-

Februarii Anno Domini milleſimo ſeptin:
genteſimo ſeragesimo ſecundo. Ad Officium et
acta præſentia Conſularia Civitatis Antiquæ Par:
ſavie perſonaliter veniens Honoratus Joannes
Franciſcus Albani, Mercator Civis Parauienſis
homine et ex ſpeciali commiſſo Nobilium Anto:
nii Bonaventuræ Pitrot et Loviſæ Regis Conju:
gum agens, obtuliit Officio præſenti, et ad inve:
ſtendum ad acta præſentia produxit Contractum
inter præfatos Nobiles, Antonium Bonaven:
turam Pitrot et Loviam Regis Conjuges hic
Parauia Die Vigeſima Octava Menſis Novem:
bris Anno proximè præterito Milleſimo ſe:
ptingenteſimo ſeragesimo primo initum, et
concluſum, idiomate Gallico inſcriptum et ſub:
ſcriptum infraſcriptum, ſanum valeum et
illæſum, omniq ſuſpicionis nota carentem
eundemq ad acta præſentia ſeruiſſi, iisdem
inſeri et ingroſſari petiit et obtinuit, cujus
tenor talis: Contract de Mariage fait a Para:
vie ce 28e Novembre 1761 entre Mre Antoine
Bonaventure Pitrot, ne à Marſeille in Pro:
vence le trente, et un Mars, Mil ſept cent
vingt ſept, Baptiſé à l'Egliſe Paroiſſiale de
St Feriol de la ditte Ville, actuelement Pre:
mier Maitre des Ballets de S. M. le Roi de
Polo:

Bologne Electeur de Saxe etc et Madelle Louis-
se Regis dit Roy aussi de Marseille et Bapti-
sé a St Ferioll presentement dans les Ballets
de S. M. le Roi de Bologne Electeur de Saxe etc
le dit Sieur Antoine B. Pitrot, et la Damoisel-
le Louise Regis ditte Roy conviennent d'un
commun accord de ce qui suit: Premierement
tout les Byaux, dyaments, Tabatieres et quel
Conques appartiennent au dit St Antoine
Bonaventure Pitrot, ils conviennent de faire
ensemble communité des Biens tous presents
passé, que futurs ou avenir le St A.B. Pitrot,
et La Damoiselle Louise Regis ditte Roy en-
tendant par les Biens Meubles, immeubles,
argent, maisons, Contract des Rentes, terres,
aquisitions et Pretentions passées, presentes
et futures, au avenir de quelle espece, qu'elles
soient, ou qu'elles puissent etre. Les dites
Contractens conviennent des plus de faire
ensemble selon l'usage de Paris au dernier
er vivant tous les Biens. C'est à dire, que
celui, qui survit, a l'autre sera paisible pos-
sesseur, et seul evitier de tout ce qu'ils avo-
ient des Biens en Commun et en particu-
lier, comme les Byaux, Dyaments etc ils appar-
tiennent au seul St A. B. Pitrot, il pretend

qu'

qu'á sa mort, s'il decede le premier sa femme
en soit seulle Ouitiere, comme de tout le reste
du bien ses hardes et linge seront compris dans
les meubles. Le S.r Pitrot et la Damoiselle Re:
gis son Epouse reconnoissent pour legitime
la fille qu'ils ont eût ensemble le Mois d'
Avril passé de l'Année 1761 née a Paris Ba:
ptisé a la Paroisse de S.te Eustache sou le Nom
de Louise Charlotte Pitrot, les Contractants pre:
tendent, que la ditte fille nommé Louise Char:
lotte Pitrot puisse heritier des Biens qu'ils
ont eu seule, s'il ne nait point d'autres enfants
apres le Mariage et en partage s'elle á des
freres et des Sœurs legitimes. Antoine Bona:
venture Pitrot, Louise Regis Le Brun = comme
temoin S. F. Albani Post cujus quidem Contra:
ctus ad Acta presentia insertionem Origi:
nale ejusdem, Idem Honoratus Offerens ad
se rursus recepit, et de recepto Officium pra:
sens ejusq' Cancellariam quietavit, quietatq'
presentibus. Ex Protocollo Actorum Officii
Consularis C.A. Varsaviæ Extractum Locus
Sigilli Civitatis. Jacobus Stanislaus Albrecht
Sac. Mtis Scribæ Officii Consularis Civitatis An:
tiqua Varsaviæ Notarius mp. Testimonii vero
Pmi in Christo Patris Dni Nuntii Apostolici

hisce

hisce Extractus literis appositi tenor est ejus-
modi: Antonius Eugenius Vicecomes Dei
et Apostolicæ Sedis Gratia Archiepiscopus
Ephesinus Sanctæ Domini Nostri Domini Clemen-
tis Divina Providentia Papæ ejus Nominis
. XIII Prælatus Domesticus et Assistens, Ejus-
demque et Sanctæ Sedis Apostolicæ in Regno Po-
loniæ et Magno Ducatu Lithuaniæ cum facul-
tatibus Legati de Latere Nuntius. Universis
et singulis quorum interest, notum testatumq;
facimus, ex fide digna relatione Nobis consta-
re supradictum Nobilem Dominum Jacobum
Stanislaum Albrecht, esse talem qualem se
facit, scilicet Notarium Officii Consularis
Civitatis Antiquæ Varsaviæ et Secretarium
Sanctæ Regiæ Majestatis ipsiusq; Scripturis et Instrumen-
tis semper adhibitam fuisse, et ad præsens
adhiberi fidem. Datum Varsaviæ Die Deci-
ma Septima Mensis Septembris Anno Do-
mini Millesimo Septingentesimo Sexage-
simo Quinto A. C. Archiep. Ephes. Nunc. Apl.ci
Locus † Sigilli Ejusdem Reverendissimi in
Christo Patris Domini Nuntii Apostolici.
Petrus Pastrzemski Cancellarius: Duæ ejus-
modi suprascriptæ binæ Documenta sic ut
præ-

præmissum Oblata, Nos ad Acta præsentia
suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descri-
pta Parti postulanti Authentice extradi,
illaque Offerenti restitui permisimus, de
quibus receptis Cancellariam Nostram gui-
etavit quietatq; præsentibus, ac in majorem
fidem manu propria se subscripsit. J. F. Al.
Cani In quorum fidem ac Actum ut supra.
Ratificat Fundationem Suam in Eũrg
rem Collegii Veteris Varsaviensis
Societatis Jesu, Provinciæ Masovia
de Anno 1761. faciam Reverendum
in Christo Patrem Josephum Załuski
Episcopum Kiioviæ et Czernichovie.
Stanislaus Augustus ac.
Significamus ac. Quod coram Actis præsen-
tibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Minoris comparens personaliter Reveren-
dus in Christo Pater Josephus Załuski
Episcopus Kiioviæ et Czernichovia, tamen
mente et corpore existens, recedendo a Foro
Terræ et Jurisdictionibus Suis quibuscun-
proprijs, hinc autem Jurisdictioni Nostræ
Regiæ, quo ad infrascripta recognoscenda
attinet, se subjiciendo et incorporando,

palam

palam, sponte, benevole ac per expressum re-
cognovit praesentibusq' recognoscit. Quia Jure
providendo omnimode firmitati recentio
de radica Fundationis sua in rem Collegii
Veteris Varsaviensis Societatis Jesu Provinciae
Masoviae cum onere conservandae semper
in bono statu publicae Zaluscianae Varsa-
viensi Bibliothecae, magnis suis sumptibus
comparata ac erecta, atque pro Quatuor
Religiosis Patribus ejusdem Provinciae Ma-
soviae Societatis Jesu, ad dicta Bibliothecae
quaternis in qualibet Septimana vicibus
s. fine legendorum ab eis, qui id requisiverint
librorum, aperiendae, curam et custodiam
per suos superiores designandis, ac circa il-
lam permanuris, coram Actis Terrestri-
bus Cernensibus Districtus Garvolinen-
sis ad mentem Legis publicae de Bono
Fundationibus sanctae, Feria Quinta
in Crastino Festi Sancti Kiliani Mart.
ni Anno Domini Millesimo Septingen-
tesimo Sexagesimo Primo mediante In-
scriptione a Se Recognita et ad Acta
Castrensia Capitaneatia Varsaviensia
Feria Sexta post Festum Sancti Bar
tho-

tholomai Apostoli proximâ Anno millesi-
mo Septingentesimo Sexagesimo Tertio per
Oblatam translata facta, amovendo quas-
vis contra memoratam Fundationem per
quempiam futuris aliquando temporibus
quovis sub praetextu impetitiones, alias:
denique praefatum Collegium Vetus Var-
saviense Societatis Jesu Provinciae Mas-
viae eliberando et indemne reddendo, hanc
ipsam Fundationem suam publica commodo
inservientem et spontanee, praemeditatoq
animo susceptam, tum ejus intuitu Jesu-
itionem supra de Actu expressam, quo ad
omnia et singula in ea contenta, nexus
obligationes, fundorum, arearum, domuum
Aedia Murata, Palatii, ipsiusq memorata
publica Bibliotheca cum universis in
ea praestantibus libris, praenominato
Collegio Veteri Varsaviensi Societatis Jesu
Provinciae Mavoviae Donationem et reci-
gnationem nec non Census perpetui à
Summa Quadraginta Sex Millium Flore-
norum Polonicalium in Bonis Zgorki
in Terra Cernensi Sitis inscriptionem et
assecurationem, minime illi contra-
dicendo, sed potius firmiter adhaerendo

ap:

approbat, confirmat et ratificat, roburaque adi-
ternum eidem praesentibus apponit et adji-
cit. Hac sua personali recognitione adpra
missa mediante. Quam pro firmiori Manu
propria subscripsit. Josephus And. Zaluski
Epis. Kiiov. mp. Quam ejusmodi Inscrip-
tionem Ratificatoriam et Approbatoriam
sic ut premissum factam et recognitam. Nos
firmam ac de jure validam haberi volentes
eandem ad Acta praesentia suscipi, inscribi
et ex iisdem fideliter descriptam Parti postu-
lanti Authentice extradi permisimus. Jn-
quorum fidem ac Actum ut supra.

Oblata Privilegii Praefectura Me-
tricis Thesauri Curiae Regni No-
bili Ambrosio Thoma Czempin-
ski collata.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta pra-
sentia Metricis Regni Cancellaria Nostra
Minoris Literas Originales papyreas
Manu Nostra Regia subscriptas et Sigillo
Minori Regni communitas, sanas valvas
illaesas, nullis suspicionis obnoxias continen-
tes in se Privilegium super munus Praefe-

cturae

tura Metrices Thesauri Nostri a Nobis No:
bili Ambrosio Thoma Czempinski gratiose
collatum tenoris sequentis. Stanislaus Augus:
tus Dei Gratia Rex Polonie, Magnus Dux Lithua:
nie, Russie, Prussie, Masovie, Samogitie, Kijo:
vie, Volhynie, Podolie, Podlachie, Livonie, Smo:
lensciæ, Severie Czerniechoviæ: Significamus pra:
sentibus Literis Nostris quorum interest Univer:
sis et singulis. Cum ad Regiam Principumq; Majes:
tatem et gloriam spectet. Viros industrios et
bene meritos non solum praecipuo favore et pro:
tectione prosequi, verum etiam benignitate
Regia promovere et adornare. Quare Nos quoq;
Nobilis Ambrosii Thoma Czempinski eximias
Virtutes, rerumq; plurimarum experientiam
praeclaras Animi ejus dotes, promptumq; erga
Nos et Obsequia Nostra Studium, atq; non in:
terruptum per spatium Triginta Septem An:
norum in Thesauro Regni et Curia Nostra in:
taminata fide obsequium commendatum
habentes, dignum esse judicavimus si quorumq;
Gratia Nostra Regia uberioribus Argumentis
prosequeremur, et ad obeunda graviora Negotia
et Officia eundem non admitteremus; sui eidem
Munus praefecti Metrices Thesauri Curiæ Nostræ
quo jam ab aliquot Annis omni diligentia

et

et exactitudine fungebatur, damus et confer-
remus uti quidem hisce Literis Nostris cum
omnibus Muniis, immunitatibus, prærogati-
vis et libertatibus damus et conferimus ad
extrema Vitæ ejus tempora. Quod omnibus
quorum interest præsertim vero Magnificis
ac Generosis Dignitariis et Officialibus The-
sauri Regni Nostri horum ejus volentes, man-
damus ut præfatum Nobilem Ambrosium Tho-
mam Zempinski ab hinc pro vero legitimo
et indubitato Præfecto Metrices Thesauri
Nostri, habeant, agnoscant et nominent, ejq
de loco, juribus, prærogativis, muniis, libertati-
bus, immunitatibus et ipsi respondeant et ab
aliis responderi curent, pro gratia Nostra Regia
et Officiorum Suorum debito. In quorum fidem
præsentes Manu Nostra Subscriptas Sigillo
Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ
Die XXII Mensis Decembris Anno Domini
M. DCC LXIV Regni vero Nostri Primo Anno
Stanislaus Augustus Rex Locus ✠ Sigilli Ma-
joris Regni. Munus Præfecti Metrices The-
sauri Curiæ Nostræ, Nobili Ambrosio Thoma
Zempinski Datur. Antonius Sikorski Sæ Rae Mtis
et Sigilli Regni Secretarius mp. Et tergo harum
Literarum Contextus Verborum sequens = Pro

Con-

Cancellariatu Illmi et Rndmi Domini Andreæ 217.
Stanislai Modrzejowski Procancellarii Regni
Sigillatum. Quas ejusmodi Literas reprascriptas
vic ut præmissum Oblatas, Nos ad Acta præsentia
suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter describi
Parti postulanti Authentici extradi; Originale
Offerenti rursus restitui de quo recepto Cancel:
lariam Nostram præsentibus Quietat: permit:
mus In quorum fidem ac Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Quin:
ta prædicæ Festi Sancti Fran:
cisci Confessoris, Die scilicet
Tertia Mensis Octobris
Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Septage:
simo Quinto, Regni vero
Nostri 11 Anno.

Ad Relationem Illustrissimi et
Reverendissimi Domini Andreæ
Stanislai Modrzejowski Procan:
cellarii Regni
Oblata Confirmationi Serenissimi V:
Vladislai IV Regis Poloniæ Privi:
legiorum Ecclesiæ Parochiali Ko:
lomyiensi Servientium.

Sta:

... Stanislaus Augustus &c

Significamus &c Quod veniens personaliter
ad Acta praesentia Metricis Regni Cancellariae
Nostra Minoris Generosus Michäel Orkusz, ob:
tulit ad inserendum dictisj Actis ingrossandum
Literas Originales Pargamenceas Manu Serenis:
simi olim Vladislai IV Regis Poloniae Praedeces:
soris Nostri subscriptas, Sigillo vero ejusdem appen:
sum fuisse patuit: coarentes, sanas, salvas non Can:
cellatas, continentes in se Confirmationem Erecti:
onis et Fundationis Ecclesiae Parochialis Kolomy:
iensis tenoris sequentis: Vladislaus IV Dei Gra:
tia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae
Prussiae, Mazoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae
Cziernichoviaq; nec non Suecorum, Gothorum,
Vandalorumq' Hereditarius Rex, Significamus
praesentibus Literis Nostris quorum interest
Universis et singulis. Reproductas coram
Nobis fuisse Literas, manu Serenissimi ac Dec:
dentissimi Parentis Nostri subscriptas, et Sigillo
Regni communitas Fundationis Ecclesiae Paro:
chialis Kolomyiensis, tum et Cessionis ac Dona:
tionis certorum proventuum per Magnificum
olim Stanislaum Wlodek, Beltzen Habiens
Kolomyien Capitaneum pro Ecclesia Parochi:

ali

ali Kolomyiensi facta, seriem in se continenta 110.
Supplicarunq; Nobis ut easdem Authoritate Nostra
Regia approbare, ratificare, et confirmare dignare-
mur. Earum vero is est qui sequitur tenor. Sigis-
mundus Tertius Dei gratia Rex Polonie Ma-
gnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie, Mazovie
Samogitie Livoniq; nec non Suecorum, Gothorum
Vandalorumq; Hereditarius Rex. Significamus pre-
sentibus Litteris quorum interest Universis et sin-
gulis. Exhibita Nobis ejus transcripta Privilegio-
rum, unius quidem Authentice ex Actis Cancel
Kolomyiensibus emanati et Sigillo munitio con-
tinens in se Confirmationem Serenissimi olim
Stephani Regis Decessoris Nostri, qua certa Donati-
one Ecclesie Parochiali Kolomyien Tituli Beatis-
sime Virginis a Jenerosis olim Joanne de Bodecz
Halicien et Kolomyien Capitaneo in Dotem perpe-
tuam assignata, et per D. olim Joannem Alberium
Regem approbata sunt, alterius vero solummodo
Copiam Confirmationis Serenissimi olim Sigismundi
Augusti continen in se Privilegium D. olim Ludo-
vici Poloniæ et Hungariæ Regis, quo Donationem
et Incorporationem Ville Wosbrzezyncze cum
suis attinentiis cumpte totius Communitatis Ko-
lomyien acquisitæ, Ecclesiæ vero prefate Pa-

ro.

rochiali ab universa communitate perpetuo facti
approbari et confirmari, Supplicatumq; est Nobis
Venerabilis Bartholomei Kotlacki Parochi
et Magistratus Communitatisque totius Kolomy-
iensis nomine, ut eandem Literas Authoritate Re-
stra approbare et confirmare dignaremur. Cujus
vero Literarum tenor est talis. Actum in Curia
Regali Kolomyiensi Feria Quarta postridie Festi
Omnium Sanctorum Anno Domini millesimo
sexcentesimo Duodecimo. Officium Actagi ea Capi-
tanealia Curiae Regalis Kolomyiensi personaliter
accedens Reverendus Pater Bartholomaeus Ko-
tlacki Parochus Kolomyiensis facta solenni pro-
testatione ratione Thesauri Ecclesiastici nempe
kilichow, Patyn, Krzyzow duos wielki y maly, ac
aliorum Ornamentorum, praecipue vero Privile-
giorum super immunitates et proventus Eccle-
siae suae Parochialis servatis, qua omnia circa tam-
tum Onyszko Convulsem Kolomyiensem tempore
nuper praeterito sub incursionem Scythorum,
Valachorum, in oram hanc Podoliae, devastate pre-
senti conservabantur, huic vero in Sylvas
fugienti; cum Domicilia Castris et munitionibus
est vacua; et in arbustis habitari post Cons-
viam ubi se abdere volebat, cum a curribus

et

et rebus suis de loco ea per scytkas et Paganos 119.
repulsus erat, vixq; vacuus solus remansit, nam hunc
temporis et privignum suum Uxoratum trucidarunt,
et filiam illius propriam Margaritam Wiszkow
ska in Captivitatem receperunt, rebusq; omnibus
is idem Onyszko per eosdem Paganos est spoliatus,
prout tota hujus Civitas Kolomyia hominibus
si qui etiam talia perpessi sunt, fest compertum,
et res, et argenteria Ecclesiastica sunt violenter
erepta. De quibus omnibus iterum atq; iterum
solenniter Manifest et Protestan, unius Privile-
gii ingraviripti copiam que de Originali Privi-
legio antea de verbo ad verbum descripta erat,
petivit ad acta praesentia inscribi et ingrossari.
Multos idoneos bonaq; fidei et aestimationis ho-
mines se habiturum, qui illud Privilegium vide-
rant asserex, Officium vero praesens ex quo,
Acta nemini sunt deneganda, tum et ex debito
Officii sui copiam Privilegii hujus suscepit,
et sub tenore qui sequitur tali, ad Acta inscri-
bi mandavit. In Nomine Domini Amen. Ste-
phanus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux
Lithuaniae, Russiae Prussiae, Mazovia, Supremus
Princeps Transylvaniae etc. Dominus et Haeres
Significamus tenore praesentium quibus expe-

Di

Dit Universis praesentibus et futuris harum no-
titiam habituris Quomodo coram Nobis comi-
tatus personaliter Venerabilis Jacobus Zbigen-
ski Plebanus Kolomyien exhibuit Originaliter
Literas Scriptas continen Erectionem, fundationem
donationemq; Ecclesiæ Parochialis Kolomyien in Op-
pido Nostro Kolomyia Cancellarii Nostri manu
subscriptas Sigillo Regni Nostri communitas, sa-
nas, salvas, omnique suspicionis nota carentes, sup-
plicatumq; est Nobis per Certos Consiliarios Nostros
ut eas Literas et Privilegium inferius scriptum
in unum Privilegium Nostrum transumi, Nostraq;
Majestatis munimine in omnibus punctis, clau-
sulis, conditionibus approbare, confirmare et rati-
ficare dignaremur tenoris sequentis In Nomine
Domini Amen. Joannes Albertus Dei gratia Rex
Polonia supremus Princeps Lithuania necnon
Terrarum Cracovie, Sandomiria, Lancicia, Kuja-
vie, Pusie, Prussie ac Culmen Pomeraniaq; Do-
minus et Hæres. Significamus tenore praesen-
tium quibus expedit universis praesentibus et
futuris harum notitiam habituris. Quod cum
Magnificus Joannes de Chodecz Haliczien Kolomy-
zien ac Capitaneus Ecclesiæ Parochialis in Oppido
Nostro Kolomyia exiguos admodum proventus

qui-

quibus commodè Parochus sustentari non potuit
ampliores reddere cupiens, Literis suis Authen-
ticis coram Nobis in praesentia exhibitis, Eidem
Ecclesiæ Parochiali, quadam bona proventus ad
Capitaneatum Nostrum Kołomyien spectan cef-
sisset et tradidisset, supplicatumq; est Nobis per
certos Commissarios Nostros, ut hanc ipsam præno-
minati Capitanei Nostri Haliczien Kołomyien cef-
sionem et ascriptionem pro pure Nostra Regia
ratam gratamq; habere et literas infrascriptas
ipso Authoritate Nostra Regia confirmare et Ap-
probare dignaremur, quarum tenor sequitur talis.
Joannes de Chodecz Halicki, Kołomyiski ac Sta-
rosta. Oznaymuię komu to wiedzieć należy. Że
upatrzył wielkie defekty y nędze Kołomyiskiego
Kościoła ex instigatione y prozby X. Plebana Ko-
tomiskiego na ten czas, swego własnego wstępuie,
mianowicie dziesiąta miare we młynach wszel-
kiego Zboża Kołomyiskich mielącego do Kościo-
ła Farskiego Kołomyiskiego, daię y pozwalam
Dziesięciny z Folwarku Nazego we Wsi Krolew-
szczyznie tak rzeczoney, do Starostwa Kołomyiskie-
go należącey Złotych Ośmdziesiąt, Loy z iatek
Nędza Plebanowych trzech, ktory szedł do Sta-
rostwa Nazego Kołomyiskiego, temuż, to

Kościo

Kowciołowi Tarnkiemu Kołomyiskiemu daię. Ogo-
rzałki Mieyskiey Kołomyiskiey z ktorey pro-
went idzie do Starostwa Kołomyiskiego trzecią
część daię y pozwalam, ktorą wolno będzie między
Plebanowi zydowac komu chcieć, albo swemu
szynkarzowi szynkować w Mieście daie. Na co wszyst-
ko obiecuię od K. J. M. w krotkim czasie confir-
matią y approbacyą temuż Kowciołowi ziednać
y wyprawić. Na co dla lepszey Wiary y pewno-
ści ręką swą podpisuię, y pieczęć swą kazałem
przytoczyć Datum w Kołomyi Dnia Trzynastego
Marca Anno Domini Millesimo Quadrin-
tesimo Quinquagesimo Tertio. Nos vero et
intercessioni Consiliariorum Nostrorum be-
nigne annuen, tum et sponte Nostra cultum
Divinum augere et propagare, quod quidem
sine sufficienti Personarum Ecclesiasticarum pro-
visione haud facile fieri posse existimamus, cupi-
entes facile pro Nostro perpetuo jure in eam
rem assensi nomen. Itaq; hanc ipsam praenomi-
nati Magnifici Joannis de Chodecz Haliciem
Kołomyien. ac Capitanei Ordinationem Cessionem
et Donationem pro Ecclesia Parochiali Kołomy-
ien. factam constitutam et adjunctam, ac vi eum
Consensus Noster antecessisset ratam et gratam
ha-

habemus, eamq; Auctoritate Nostra Regia omni me-
liori modo et forma, quibus de jure et in talibus
servato usu fieri convenit, hisce Literis Nostris
approbamus, confirmamus, ratifficamus, vim et robur
debita firmitatis ei imponen; eaq; omnia supra-
scripta praedicta Ecclesiae Parochiali Kolomien
incorporan et adjungen, Juribus Nostris Regalibus
salvis manentibus. In cujus rei fidem praesentes
Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni Majore
communiri jussimus. Datum Petricoviae in Conven-
tu Regni generali Die Quindecima Maii Anno
Domini Millesimo Quadringentesimo Nonage-
simo Primo. Deinde Nos Stephanus Dei Gratia
Rex, supplicationi praedicti Plebani Kolomyien
justis, rationabilibus de causis benigne inclinati
existentes, literas omnes in hoc Privilegium
Nostrum transumi et induci decrevimus in ef-
fectum, praemissa omnia in eisdem Literis Nos-
tris reductoriis contenta, expressa et specificata
ratificamus et confirmamus, decernentes omnia
et singula praemissa, robur firmum perpetuum
habitura praesentium tenore mediante. In cujus
rei testimonium Sigillum Nostrum praesen-
tibus est appensum. Datum Varsaviae Die
Tredecima 'Maj' Anno Domini, Millesimo Quin-

gen.

gentesimo Octuagesimo Primo. Regni vero Nostri
Sexto. Ex Actis Capitaneatibus Curiæ Regalis Ko-
myien. recepturn Macieg Jabłonowski. Podsta-
ri Kolomyiski. Christophorus Jabłonowski No-
tarius Curiæ Regalis Kolomyien. In Nomine
Domini Amen. Sigismundus Augustus Dei Gratia
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ
Prussiæg' &c. Dominus et Hæres. Significamus pra-
sentium tenore quibus expedit universis pra-
sentibus et futuris harum notitiam habituris.
Quomodo coram Nobis constitutus Venerabilis
Andreas Brzyzewski Plebanus Kolomyien ex-
hibuit originaliter literas scriptas continentes
in se fundationem Donationemq' Eccl.esiæ Pa-
rochialis Kolomyien in Oppido Nostro Kolomyia
Cancellarii Nostri Manu subscriptas, Sigillo
Regni Nostri communitas sanas, salvas, omniq'
vuspicionis loca carentes, supplicatumq' est Ma-
jestati per certos Consiliarios Nostros, ut eas Li-
teras et Privilegium inferius scriptum in unum
Nostrum Privilegium transumi, Nostraq Majes-
tatis munimine in omnibus punctis, clausulis,
conditionibus, approbare, confirmare et ratificare
dignaremur tenoris subsequentis. Nos Ludo-
vicus Dei Gratia Rex Hungariæ, Bolomiæ, Dalma-

tiæ

tie nec non Terrarum Cracovie, Sandomirie, Ma:
gnus Dux Lithuanie Russie Prussieq; &c. Dominus
et Hæres. Significamus tenore præsentium quibus
expedit Universis præsentibus et futuris harum
notitiam habituris. Quomodo coram Nobis con:
stituti personaliter Honesti Advocatus, Prosonus
et nonnulli Consules Sui ac totius Communita:
tis Oppidi Nostri Kolomyien nominibus, exhibu:
erunt Originaliter Literas Scriptas, continen:
tes in se Erectionem et Fundationem, Donatio:
nemq; Ecclesie Parochialis in Oppido Nostro
Kolomyia Sigillo Civitatis communitas, sanas
salvas, omnique vitio carentes, sup:
plicaruntq; est Nobis per easdem Consiliarios Nostros
quandoquidem ejusmodi erectionem fundationemq;
absq; Consensu Nostro valide esse non possunt; ij
ut eas Authoritate Nostra Regia uti Supremus
Omnium Ecclesiarum Bonorum Patronus
in omnibus earum punctis, clausulis et con:
ditionibus, approbare, confirmare et ratificare
dignaremur. Earum Literarum tenor de verbo
ad verbum sequitur talis. In Nomine Domi:
ni Jesu Christi Amen. Ad perpetuam rei
memoriam. Convenit Actui hominum, ut ea
que felicis Regiminis aguntur necesse con:

sistit

visus, ut ne tempore humanitatis labentur, dum-
taxat apicibus literarum testimonio annotati:
omnibus alternatiter roborarentur. Proinde Nos
Advocatus Prosnul cum Consulibus totaq; Com-
munitate prosnensi Kotomyiæ existen Petrus
Bychowski, Nicolaus Szczawski, Stephanus
Szwarc Ludovicus Kłodnicki, Georgius Zelman, Ca-
pitaneus Swaidecki cum antiquis Consulibus jurati
Communitateq; tota ad id supervocata in hono-
rem Omnipotentis Dei, nec non Gloriosissimæ
Virginis Mariæ Patronæ Nostræ, tum ob memo-
riam Prædecessorum Nostrorum, Villam Wolkuz
nice factam una cum Campo Ulanow dicto
pecunia et sumptu totius Communitatis juste
emptam et acquisitam Ecclesiæ Parochiali;
Titulo Assumptionis Gloriosissimæ Virginis
Mariæ in Oppido Kotomyia erecte, funda-
vimus, dedimus, donavimus, cum omnibus fruc-
tibus, utilitatibus universis, nihil nobis ipsis
neque Successoribus Nostris excipiendo, sed
prout Nobilis Andreas Szczucki jure acqui-
sito ea bona tenuit et possidebat, in longitu-
dine et latitudine et circumferentialiter Ec-
clesiæ Parochiali et ejus Successoribus legitimis

pie-

pietate ducti donamus et incorporamus, tem-
poribus perpetuis, jamque exmunc circa Congre-
gationem totius Communitatis, omnes supra
prenominati, ut pii mortis memores, peccato-
rum suorum ocores, dant et admittunt intro-
missionem realem et Actiuam per Ministeria-
lem Regni et duos Nobiles. Ad quæ omnia
Sigillum Nostri Oppidi roboratorium appendere
fecimus in aternii temporibus duraturum.
Datum et Actum in Kolomyia Feria Tertia
post Dominicam Invocavit proxima. Anno
Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo
Tertio. Cui supplicationi uti justæ benigne
annuentes, præinsertas Literas in omnibus
earum Articulis, punctis, clausulis, condition-
bus tam in toto quam in parte Literis Nostris
approbamus, confirmamus, ratificamus, volen-
tes eandem Villam Wostrzesznice una cum
fundo et campo Ulanow dationibusq; robur
perpetuæ firmitatis obtinere. In cujus rei
fidem præsentes Manu Nostra subscriptas
Sigillo Regni Nostri communiri jussimus.
Datum Cracoviæ Decima Septima Septem
bris Anno Domini Millesimo Trecentesimo
Septuagesimo Quarto. Præinde Nos Sigismundus

Augus-

Augustus Rex Poloniæ, Supplicationi dicti Pa-
rochi Kotomyiensis justis et rationabilibus
de causis benigniter inclinati existentes, li-
teras omnes in hoc Privilegium Nostrum
transumi et induci decrevimus et reducimus
in effectu præmissa omnia in eisdem Lite-
ris Nostris reductoriis contenta expressa
specificata, approbamus, ratificamus, confirma-
mus, decernentes omnia et singula præmissa
robur firmum perpetuum habitura præsen-
tium tenore mediante. In cujus rei Testimo-
nium Sigillum Nostrum præsentibus est
appensum. Datum Varsaviæ in Comitiis
Regni generalibus Die Decima Mensis
no Domini Millesimo Quingentesimo Nona-
gesimo Nono Regni vero Nostri Quadragesimo
Proinde Nos pro eo quo tenemur pietatis
affectu, eo attento quod ea transcripta ex
multis indubitatæ fidei hominum testimo-
niis vera et non suspecta esse, Originalia
vero ipsa ab hoste barbaro ablata ex pro-
testationibus attestationibusq; tam Parochi
præfati, quam Proconsulis ac Consulum et
Magistratus Kotomyien judiciabiliter facto

con-

constet, eo etiam considerato, quod præfatus Parochus et Antecessores sui, in usu et possessione ejus fundationis et erectionis fuere, eidem supplicationi benigne annuentes, contenta omnia clausulas et conditiones prefatarum literarum, quantum juris ratio permittit, et usus earum habetur, approbamus, confirmamus et rata esse volumus, roburq; perpetuum non secus, atq; ipsa Privilegia Originalia obtinere debere decernimus præsentium vigore. In cujus rei fidem præsentes manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die tertia Mensis Martii Anno Domini millesimo Sexcentesimo Decimoquinto. Regnorum Nostrorum Poloniæ Vigesimo Octavo, Sueciæ verò Vigesimo Secundo Anno. Sigismundus Rex. Sigismundus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Livoniæq; nec non Sueccorum Gothorum Vandalorumq; Hæreditarius Rex. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. Quod cum Magnificus Stanislaus Wodek de Hermanowice Palatinus Belzensis, Haliciæ, Kolomyiensis

No

Noster Capitaneus, Ecclesia Parochiali in Opi-
pido Nostro Kolomyia exiguos admodum pro-
ventus quibus commode Parocus sustentari
non potuit ampliores reddere cupiens, literis
suis Authentici, coram Nobis in praesentia
exhibitis, eidem Ecclesiae Parochiali, bona quae-
dam et Proventus ad Capitaneatum Nostrum
Kolomyien spectan cessisset et tradidisset, sup-
plicatum Nobis est per certos Consiliarios No-
stros, ut hanc ipsam praenominati Palatini
Belzen Capitanei Nostri Kolomyien cessionem
et adscriptionem pro jure Nostro Regio ratam
gratamq habere, et literas infrascriptas ipsius
authoritate Nostra confirmare et approbare
dignaremur, quarum tenor sequitur talis. =
Stanislaw Wodek z Hermanowa Woiewoda
Belzki, Halicki, Kolomeyski ac Starosta. Oraz-
muż Komu to wiedzieć należy. Że vpatrzuiąc
krzywdy y ubliżenie tego ubogiego kościoła Ko-
łomyiskiego, ex instigatione y prozby Xiędza
Plebana Kolomeyskiego teraźnieyszego, gdyż
tak sprawę dał, że ani Prekuy ani fundusz
żadnego tego ubogiego Kościoła pokazać nie może
ia tedy vpatrzuiąc defekty tego Kołomyiskiego

ubo:

ubogiego Kościoła, na ten czas swego własne-
go ustępuię mianowicie Staw Dworski który
leży pod Nowym Dworem Mozyrskiem iak rze-
czonym, Kościołowi Kołomeyskiemu mianowi-
cie do Fary Kościoła Wielkiego Kołomeyskiego
daię y pozwalam, obiecuiąc temu Kościołowi od
Króla IM. w krotkim czasie Confirmacyą zie-
dnać, noc specialiter adiecto, że na Dworską po-
trzeby Dworu Kołomeyskiego wolne łowienie
w tym Stawie. Item we młynie wolne mie-
cie wszelakiego zboża na Plebanską potrzeby
Item cztery Stody na każdy Rok od Sług albo
Ordarzow moich, którzy będą tu na mieyscu
moim, będą powinni dawać na każdy kwartał,
po Stodole iednemu, wolno wyrzynkować, a do-
tego daię y daruię dwa Stody ze Młyna na każ
dy Rok, które dwa Stody Studzy, albo Ordarze
moi powinni będą oddać Plebanowi. Item grunt
albo Dom z Sadem, rzeczony Jana Stodawnika
temuż Kościołowi Kołomeyskiemu daię y pozwa-
lam. Na co dla lepszey Wiary y pewności ręką
swą podpisuię, y pieczęć swą kazałem przyłożyć.
Datt w Kołomeiey Die 22 Junii Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Quar-
to Idem qui supra mp. Nos vero cum Interces-

sioni Consiliariorum Nostrorum benigne annuen-
tes, tum et sponte Nostra cultum Divinum au-
gere et propagare; quod quidem sine sufficienti
personarum Ecclesiasticarum provisione haud
facile fieri posse existimamus; cupientes facile
pro Nostro perpetuo erga Dei Ecclesiam studio
in eam rem aspirare. Igitur hanc ipsam
praenominati Magnifici Stanislai Wodek Pa-
latini Belzen Habituri Kolomyiensisque
Nostri Capitanei, Ordinationem, Cessionem et Do-
tionem pro Ecclesia Parochiali Kolomyien factam
constitutam et adjunctam, ac si eam Conventus
Noster antecessisset, ratam et gratam habemus
eamq; Authoritate Nostra Regia omni meliori
modo et forma, quibus de jure et in talibus
servata esse fieri consuevit, hisce Literis Nostris
approbamus, confirmamus, ratificamus, vim et ro-
bur debita firmitatis ei imponen, eaq; omnia
suprascripta praedicta Ecclesia incorporan et
adjungen. Juribus Nostris Regalibus salvis ma-
nentibus. In cujus rei fidem praesentes Manu
Nostra subscriptas, Sigillo Regni Majore com-
gnare jussimus Datt Varsaviae in Conventu Re-
gni Generali Die Decimasexta Mali Anno Do-

mini

mini Millesimo Sexcentesimo Septimo. Regnorum Nostrorum Poloniæ Vigesimo Sueciæ vero Anno Decimoquarto Sigismundus Rex. Qui supplicationi uti justæ Nos benigne annuentes præinsertas Literas in omnibus punctis, clausulis, conditionibus, articulis, approbare, confirmare et ratificare esse duximus, quemadmodum ut juris est et usus habetur, confirmamus et ratificamus præsentibus Literis Nostris, volentes eandem debitæ firmitatis robur obtinere debere. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XIV Mensis Junii Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo Quadragesimo Regnorum Nostrorum Poloniæ et Sueciæ Septimo Anno. Vladislaus Rex. Stanislaus Skarzenski. Quas ejusmodi Literas supra inseratas, sic ut præmissum Oblatas Nos ad Acta præsentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptas Carti posturandi Authentice extradi, Originale illarum Offerenti restitui permisimus. De quo recepto Cancellariam Nostram quietavit, quietatq; præsentibus, ac in majorem fidem Manu propria se subscripsit. Michał Orłusz. In quorum fidem ac Actum ut supra.

Obla.

... Oblata Privilegii Ecclesiæ Parochiali
in Oppido Busko sitæ servientis.

N 9. Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod veniens personaliter
ad Acta præsentia Metricæ Regni Cancellariæ
Nostræ Minoris Generosus Michael Orkusz, obtulit
ad inserendum dictisq; Acta ingrossandum Literas
Originales Pargameneas vetustas, manu Reverendi
Petri Myszkowski Regni Poloniæ Vicecancellarii
subscriptas et Sigillo Regio appenso in cera ru-
bra expresso munitas, continentes in se Confirmati-
onem Serenissimi olim Sigismundi Augusti Regis
Prædecessoris Nostri descriptionis Proventuum, re-
dituum et dotis Ecclesiæ Parochialis Buscensis,
per Commissarios ejusdem Serenissimi Sigismundi
Augusti facta, sanas, salvas, tenoris sequentis. Si-
gismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ, Masoviæ
Samogitiæ ac Dominus et Hæres. Significamus te-
nore præsentium quorum interest universis
et singulis, harum notitiam habituris. Quod quem-
admodum ante hac dederamus negotium certis
Commissariis Nostris infrascriptis, ut de proven-
tibus ac reditibus Ecclesiæ Parochialis in Oppido
Nostro Busko quorum, simulq; fundationis et

Per

Ecclesiæ ejusdem Ecclesiæ privilegia, per hostiles incursiones interciderunt denuo ex hominibus veridicis ac fide dignis sufficienter cognoscerent, eaq; de re literis suis Nos certiores facerent. Pro parte prædicti Commissarii Nostri exequendi ejusmodi Mandatum Nostrum, accepto ejus rei sufficienti testimonio, suis literis, subscriptione manuali sigilloque suis roboratis, ac in præsentia publici Notarii infrascripti eo nomine confectis, id nobis significaverunt, Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. Actum in Oppido Busko Diœcesis Leopolien. in Ecclesia Parochiali ejusdem Oppidi Die Decima Nona Junii, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Quarto. Venerabilis Dominus Nicolaus Lecinski Plebanus Buscen. vocatus in locum suprascriptum Venerabilibus ac Generosis Dominis Clemente Domaiskowski Canonico Leopolien. Paulo Pyerkowski Præposito Sologonien. et Nicolao Lgnaczki Bindmi Domini Archiepiscopi Leopolien. Curiæ et Causarum Notario Commissario per Sacram Regiam Majestatem ad infrascripta Deputatis, Exhibuit et præsentavit Literas Commissionis Suæ Sacræ Regiæ Majestatis salvas, integras nullisq; vitiis suspicionis laborantes, quarum

tenor

tenor de verbo ad verbum sequitur est̃ talis. Si-
gismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ. Mazovie
Samogitiæq; etc. Dominus et Hæres. Venerabilibus
et Generosis Viris Clementi Pomiałowski, Paulo
Pachowski Præposito Sołogoriens Antonio Leopolien
Artium Liberalium Baccalaureo Canonico Lucco-
rien Plebano in Olesko, Alberto Skniłowski
Judici Terrestri Buczen, Nicolao Lanczyski Bmi
Archiepiscopi Leopolien Causarum et Curiæ Notario,
uniu, duorum aut trium absentiâ non obstante,
devotis et fidelibus Nobis dilectis, gratiam Nostram
Regiam. Devote et Fideles Nobis Dilecti: Exposuit
coram Nobis Venerabilis Nicolaus Leszinski Ple-
banus Buczen de Terris Russiæ per incursum
hostium Tartarorum perditas esse Literas Erec-
tionis vel Fundi ad Ecclesiam Plebanatus Buc-
censis Jurispatronatus Nostri antiquitus per
Prædecessores Nostros fundatas propter quod
non mediocre damnum Ecclesiæ in proventibus
ad eandem ex antiquo pertinentibus præfata
patitur. Supplicavitq; Nobis humiliter, ut
illi certos Commissarios Nostros designaremus
coram quibus posset digno Testimonio Proven-
tus exantiquo ad dictam Ecclesiam pertinen-

tes

tes declarare. Nos vero habentes respectum in
Cultum et Ecclesiam Dei, et supplicationibus ejus
benigne annuentes, ne proventus a dicta Ecclesia
per quosdam alienarentur, vobis, de quorum fide
et integritate vel industria plurimum confidimus,
committimus praesentibus, mandantes, quatenus ca-
pto aliquo Die et tempore competenti, ad Civi-
tatem Nostram praefatam Bunen descendentes, Re-
Consule cum Civibus, totamq; Communitatem
et hominibus veris confectis et fide dignis, ad
te vocatis, de proventibus, fructibus, decimis ad Ec-
clesiam antiquitus pertinen, diligenter inqui-
ratis et investigetis, in quibus et usufructu
sui Praedecessores fuerunt. Cognitaq; veritate testi-
um fide dignorum, investigatiq; proventibus
ad Majestatem Nostram Regiam per Literas
vestras, Sigillisq; Vestris munitas et obsignatas
omnia quae in premissis feceritis describatis et
describere curetis. Pro gratia Nostra vestra non
facturi. Datum in Conventione Regni Nostri gene-
rali Parisien Die prima Mensis Januarii Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo
Quarto. Regni vero Nostri Trigesimo Quarto
Ex Commissione Sacrae Regiae Majestatis pra
nominati Domini Commissarii cum ea, qua
propria, Qua quidem Commissione S.R.M. decuit

Jecuit reverentia suscepta, vocatis ad sui pre-
sentiam fide dignis et extate alios superantibus
tam Romana quam etiam Græca fidei homi-
nibus ejusdem Oppidi Busko incolis, videlicet
Famatis et Honestis Viris Alexio Procopule
Martino Pigtkowski, Stanislao Szekliarz
Consulibus, Joanne Vice Advocato, Jacobo Dan-
nitowsc, Martino Zbrodnicki, Bartholomæo
Maslowski, Matthia, Tricoma et Gallo. Quos quidem
prænominatos Testes memorati Domini Commis-
sarii onerata eorum conscientia diligenter re-
quisierunt ac per me Notarium publicum in fraseri-
ptum examinare testes eosdem fecerunt. Qui Tes-
tes prænominati ex actu et communitate vocati
libere et spontanei venientes, ac coram præfatis
Dominis Commissariis personaliter comparentes
sub onerationc Conscientiæ Suæ recognoverunt,
ac unanimiter et concorder de proventibus ac per-
tinentiis Ecclesiæ prædictæ Buscen, tale ut infer-
ius testimonium sequitur perhibuerunt. In pri-
mis recognoverunt et deposuerunt, quòd area pa
Domo Plebanali penes Ecclesiam Sancti Stanislai
in antiquo Oppido Busko sita ut moderno tempore
sita est consistebat. Item hortus inter mœnia
alter post mœnia. Item Vivaria duo et Pratum

Ple-

Plebanale. Item hortus fructiferis arboribus con-
situs. Item lanei duo ad eandem Ecclesiam ejusq;
Rectorem pertinen. Item pensionis frumentaria
alias Oppy ex singulis laneis Civium et Suburbanorum
per duos truncos alias pokłodzie Zytha thalire y
owsa. Item ex Tholoneo Buscen singulis Annis in
Festo Sancti Martini floreni duo. Item Census a
Judæis singulis Annis per groſsum unum a qualibet
domo, Item Mensarium alias Stholowego ex tota
Civitate singulis Annis a quavis domo per groſ:
sum unum. Item Decima Manipularis post Prae:
dium Castri Buscen [illegible] Item Decima portio
Prædium Villæ Kuiąz ad Castrum Buscen perti-
nen. Item Decima Manipularis post prædium Do:
minorum Bedzeckich in Villis Brzesnicw et Bien:
kow, Item Decima Manipularis post Prædium Do:
mini Fabicki in Villa Zoratkin. Item Decima Ma:
nipularis in Villa Olszanica à Domino Wodek
et Olszanski: Item Decima in Villa Bie:ice Do:
minorum Biabeckich. Item Decima post prædia
Dominorum Podborczkich in Villa Korlow. Item
Decima a Domino Sokol in Villa Kędzierzawce
Item Decima a Domino Krimala in Villa Bezbu:
di. Item Decima a Domino Osthrowski in Villa

- Osthro:-

- Ostbrowice, Item Decima a Domino Jaczinieński in Villa Marmorowice. Item Decima manipularis post prædium Domini Strzeżowski in Villa Skwarzawa. Pua omnia et singula memorati Domini Commissarii mihi Notario publico infrascripto scribi fecerunt, in fidemq; omnium et singulorum premissorum. Sigilla sua præsentibus appresserunt. Præsentibus ibidem Honorabilibus Lonardo et Valentino Ecclesiæ Buscen Vicariis, et multis aliis Generosis Nobilibus et Honestis Viris Testibus ad hoc præmissa adhibitis, ac me Nobili Nicolao Orzinski Clerico Diœcesis Posnanien sacra Authoritate Apostolica Notario publico et Actuu præsentis Scribæ. Clemens Comiathowski Canonicus Leopolien manu sua propria subscripsit. Paulus Gazchowski Cra: positus Sologorien manu sua pat Nicolaus Lgnc ski manu mea significo. Supplicatumq; est Ho: bis nomine prædicti Honorabilis Nicolai Lgn: ski Ecclesiæ ejusdem Buscen moderni Rectoris ut eadem Literas authoritate Nostra Regia approbare, confirmare et ratificare dignaremur. Cui supplicationi Nos benigne annuentes Literas hic superius insertas, in omnibus illarum punctis, clausulis Articulis et conditionibus auctori-

tate

tate Nostra approbamus confirmamus et ratifi-
camus, Decernentes eas, et omnia in illis conten-
ta, firmi et inquantum tamen omnium eorum
pacifica et continua possessio et usus possessus
penes dictam Ecclesiam Buscensem illiusq; Rec-
torem hactenus extitit, et robur perpetuae firmi-
tatis obtinere debere. In cujus rei fidem Sigil-
lum Nostrum praesentibus literis est subappen-
sum. Datum Petricoviae Die Vigesima Mensis
Novembris Anno Domini Millesimo Quingen-
tesimo Sexagesimo Quarto. Regni vero Nos-
tri Trigesimo Quinto. Petrus Myszkowski B.P. Vice-
Cancellarius Relatio Regii Petri Myszkowski B.P. Vice
cancellarii Decani Cracoviensis, Loca Canonicalia
Praebendaria Praepositi Locus † Sigilli pendentis
Quas quidem Literas supra inscriptas sic ut pre-
missum Oblatas, Nos ad Acta praesentia resumpsi
inscriptis et ex iisdem fideliter descriptas Parti
postulanti Authenticè extradi, Originale vero
Offerenti restitui permisimus. Deque recepto
is idem offerens Cancellariam Nostram quieta-
vit quietatq; praesentibus, ac se in majorem
fidem manu propria subscripsit. Michael Orlik
In quorum fidem ac Actum ut supra.

Sub eodem Actu.

Ob.a

Oblata Fundationis Ecclesiæ Paro-
chialis Lopacinen seu Privilegii
Confirmatorii ejusdem.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens ad Acta
præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nos-
træ Minoris Generosus Michäel Orkusz, obtulit
ad inserendum, dictisq; Actis ingrossandum Li-
teras Originales pargameneas, manu Serenissi-
mi olim Stephani Regis Prædecessoris Nostri
subscriptas, sigillisq; ejusdem Majore appenso
munitas, continentes in se Confirmationem
Fundationis Ecclesiæ Parochialis Lopacinen
per olim Illum Semovitum Ducem Mazovie
et Russie factæ, vanas, salvas omnij suspicione
carentes tenoris sequentis. Stephanus
Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithua-
niæ, Russiæ, Prussiæ Mazovia, Samogitiæ etc.
Princeps Transylvaniæ etc. Significamus Nostris
hisce Literis universis et singulis quorum interest
Exhibitas ac reproductas esse coram Nobis
Nomine Venerabilis Nicolai Lanczinski Canonici
Leopoliensis Brucen Lopatinensisq; Plebani, Literas
Illustris quondam Principis Semovitj Ducis Ma-
zovie, Sigillo ejusdem pensili communitas,

Vanas

sanas valeas et integras, omniq; suspicionis nota carentes, fundationem Ecclesie Parochia-
lis in Villa Lopaczin consistentes, supplica-
tumq; Nobis est ejusdem Nomine, ut eas Auto-
ritate Nostra Regia approbaremus, ratifica-
remus et confirmaremus, aliq; earum tenor ad
verbum sequitur et est talis. In Nomine Do-
mini Amen. Ad perpetuam rei memoriam
Nos Semovitus Dei Gratia Dux Mazovie Cuiu-
viq; Princeps Dominus Terrarum Plocz Gaven
Sochaczovien, Sochinen, Plonen, nec non Hare
Vizmen et Belzen. Omnibus et singulis tam pre-
sentibus quam futuris, coram quibus tenor
praesentium fuerit recitatus, volumus fore notum
Quia gratia Spiritus Sancti animitus invocata,
valentiq; quod ex inde Orthodoxe fidei fieret
incrementum ac etiam ut Divinus Cultus, et
praecipue hic in partibus Sclavonicorum enge-
atur in Villa Nostri Ducatus vulgari Nomine
dicta Lopaczino Ecclesiam Parochialem fieri
fecimus ac ipsam Ecclesiam in honorem Vene-
randa ac Gloriosissima Virginis Maria et San-
cti Nicolai Confessoris et Episcopi Venerandi
de novo fundandam decrevimus et locandam ad
cujus regimen Ecclesia fidelem et Devotum

Muzivla:

Wrzisław Capellanum Nostrum dilectum re-
cepimus, ac eidem ac Successoribus praedicte
Ecclesie ut eo celerius et devotius divino cul-
tui et laudibus invisere valeant, haredi-
tatem Nostram Batkijow vulgariter dictam
nulli penitus obnoxiam, sitam in Districtu Lo-
patinen et unam Aream, vulgari Nomine di-
ctam Dworzisze in praedicta Villa Lopacino
cum omnibus et singulis ejusdem Aree et
hereditatis, utilitatibus, fructibus redditibus,
censibus, usibus, proventibus, obventionibus, pe-
ta agris, pratis, campis, sylvis, gaiis, nemoribus,
herbis, rubetis, pinetis, molendinis, piscinis, piscariis,
stagnis, lacubus, aquis et earum decursibus, mo-
lendinis constructis, sive quomodolibet construen
seu faciendis et generaliter omnibus pertinen-
tiis ad eandem Villam et Aream ab antiquo
spectan, dedimus, donavimus et adjunximus
Ecclesie praedicte. Dedimus etiam praefato Rec-
tori Ecclesie praedicte et Successoribus ipsorius
qui pro tempore fuerint, medium tunnam Me-
donis de Tributo Nostro ibidem in Lopacino
pro Ecclesia ante dicta ~~annis~~ singulis perpetuis tem-
poribus fore recipiendam et levandam. Ce-
terum unam Tabernam pro usu Eccleie

ante

antedicta in agris seu spatio dicte Aree in
Lopaczino admisimus construendam. Circ aratu-
ras verò ac labores et culturas agrorum Nostro-
rum in Lopaczino, Mikolaiewo et Obliadowo
Villis Nostris ipse Mroczlaus Rector et Succesco-
res ipsius Decimas Manipulares recipere, et absq;
ulla contradictione aeviternis temporibus
levare debent. Licitum etiam erit prefato Mroc-
slao Plebano et Succesoribus Ecclesie predicte
ac hominibus Ipsorum in fluvio dicto vulgari-
ter Styr pisces prendere, prout alii homines Vil-
le Nostre Lopaczino consueverunt prendere
toties quoties fuerit necessarium et opportu-
num, isto specialiter adjuncto et expresso, quod
si aliquando contigerit ipsam Lopaczino in La-
neas permensurare, et tunc prefato Plebano vel
qui pro tempore fuerit, duos lanceos agrorum
integre mensure in loco decenti; ita quod nul-
lum prejudicium Ecclesie predicte generetur
loco Aree supradicte et prenominate assignare
teneb imur et debemus. In cujus rei testimoni-
um Sigillum Nostrum majus presentibus est
appensum Actum et Datum in Belz Feria
Quarta in Festo Pasche Anno Domini Mil-

leno:

... Iesimo Quadringentesimo Decimoquarto. Praeven-
tibus Strenuis et Nobilibus Viris Domini Vigan-
do Vexillifero Plozeni Iunctionum Capitanei
Belren, Joanne de Ewychlino Capitaneo Lu-
bacrouiensi, Petro de Campo Succameratio Jon-
ner, Jowonzone de Wolia Vicethesaurario
Nostro haeredibus ac Michaele Vicecancellario
Curiae Nostrae, aliisq' quam pluribus dignis
fide testibus ad premissa. Nos itaq' Stephanus
Dei praefatus, supplicationi nupradicti Plebani
tanquam justa annuentes, eam ipsam Literam
hic insertam in omnibus earum punctis, clausu-
lis, articulis, et toto tenore juxta ingruantium
in eam earum exitierit approbamus, ratifica-
mus et confirmamus. Decernentes eandem ra-
tam perpetuum obtinere debere, quin etiam
cultum Dei Omnipotentis, commodaq' Ecclesiae
illius et Ministrorum ejus promovere cu-
pientes damus et concedimus, Plebano pra-
dicto Lopatinen ejusq' Successoribus Ecclesiae
praedictae Lopatinensis Rectoribus omnibusq'
circa eam residentibus Sacerdotibus, facul-
tatem incidendi ligna omnis generis in
Sylvis Lopatinensibus, pro usu domestico

quavis

guovis, arboresq; ad reparationem Ecclesiæ et
domus ipsorum necessariæ temporibus perpetuis
atq; in omne evum. Quod Magnifico Stanislao
Comiti a Jarka Palatino Cornaviensi, Brucensi
Kolensiq; Capitaneo moderno, et alijs pro tempo-
re existentibus Brucensibus Capitaneis denun-
tiatum esse volumus, Mandantes ut prædictum
Plebanum omnesq; alios Ecclesiæ illius Recto-
res in hac a Nobis concessa incidendorum li-
gnorum et Arborum facultate semper conser-
vent integre, nec eam ullo unquam pacto,
ipsis prohibeant. Præterea Nostra. Alijs in ho-
rum omnium fidem, hasce manu Nostra
subscripsimus, et Sigillum Nostrum majus
appendi jussimus. Datum Thorunij Die
ultima mensis Novembris Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Sexto
Regni vero Nostri Anno Primo. Stephanus
Rex mpp. (Locus + Sigilli pendentis.) Cujus ejus-
modi Literas supra inventas sic ut præmis-
sum Oblatas, Nos ad Acta præsentia suscipi
inscribi et ex eisdem fideliter descriptas Parti
postulanti Authentice extradi, Originale vero
ejusdem offerenti restitui permisimus.

De quo recepto Cancellariam Nostram quieta-
vit, quietatq; praesentibus, ac pro majori fide
manu propria se subscripsit. Michał Orłow

In quorum fidem ac Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria
Sexta ipso Die Festi San-
cti Francisci Confessoris
scilicet Quarta Mensis
Octobris, Anno Domini
Millesimo Septingente-
simo Sexagesimo Quinto
Regni vero Nostri Se-
cundo Anno.

Ad Relationem suprascripti
Illmi et Reverendissimi Dni
Procancellarii Regni.

VL Constituit Plenipotentes Reveren-
dus in Christo Pater Adamus Ka-
sinski Episcopus Gmenecensis
Podolia et Venerabilis Szczepan-
kiewicz Delegatus Capituli.
Stanislaus Augustus ac
Significamus ac. Quod coram Actis pra-
sentibus Metrices Regni Cancellaria No-

stra

vira Nimoris comparentes personaliter Reve-
rendus in Christo Pater Adamus Krasinski
Episcopus Camenecensis Podolie et Venerabi-
lis Franciscus Dzyrski Szczepankiewicz Sacre
Theologie Doctor ac Venerabilis Capituli
Ecclesie Cathedralis Camenecensis Delegatus
Canonicus, sani mentibus et corporibus existen-
tes, recedendo a Foro, Terris et Jurisdictionibus
suis quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdicti-
oni Nostre Regie quo ad infrascripta recogno-
scenda attinet se subiiciendo et incorporando
palam, sponte et per expressum recognouerunt
Quia Spes Generosos Lucam Kozlowski Secre-
tarium Nostrum, Christophorum Arciszewski,
Jacobum Rzechowski, Michaelem Ogrzecki
Burgrabios Castren Varsavien quorumvis No-
minum Karniowski, Ozarowski, in suos veros
legitimos et indubitatos Plenipotentes elege-
runt, constituerunt, ordinarunt et invexerunt
praesentibusq; ad Triennium integrum ab
Actu hodierno computanda, eligunt, constitu-
unt inscribunt et solenniter ordinant, Dan-
tes et tribuentes praefatis Generosis Pleni-
potentibus Suis tam conjunctim quam
divis
Hpraesentibusq; recognoscunt,

Dnevium, causas et Actiones judiciarias sui Con-
stituentium omnes et singulas occasione
cujusvis Negotii cum quibuscunq; personis
tam ex Actoratu quam et reatu in quovis Ju-
dicio et Subsellio Majori et Minori Regni
et respective in Judiciis Terrestribus Par-
tavien cum Generosis Niklasrevitz Comi-
gibus Praefecti Actricem M.D. Litt. motas
et instituitas, attentandi, promovendi, defen-
dendi, jura sui Recognoscentium tuendi, vin-
dicandi; Decreta quaevis favorabilia accepian-
di, à gravaminosis movendi; et appellandi; Ap-
pellationes prosequendi; pacas Judiciarias le-
vandi, et de levatis quietandi aliaq; omnia
vera et legitima ad Causas Plenipotentes
concernentia munia peragendi, obeundi et exe-
quendi. Promittentes id totum quid quid
per suprascriptos Generosos Plenipotentes
juridice Actum et gestum fuerit pro rato
et grato se suscepturos. Huic Suis perso-
nibus Recognitionibus ad premissa me-
diantibus. Pro majori vero firmitate ma-
nibus propriis se subscripserunt. et damus
Krasinski. Episc: Camen Fr. J. Dzyrzt Szcze-

pan:

pankiewicz Can Ca.ki Cam.s imp. Qua Reve-
rendissimi Capituli Delegatus. Quam ejusmodi
Plenipotentiam sic ut premissum factam
et recognitam Nos firmam ac de jure vali-
dam haberi volentes eandem ad Acta presen-
tia suscipi inscribi et ex iisdem fideliter descri-
ptam Parti postulanti Authentice extradi per-
misimus. In quorum fidem ac Actum ut supra.

Actum Varsavia Feria
Quarta post Festum San-
ctæ Francisci Confessoris
proxima. Die scilicet No-
na Mensis Octobris, An-
no Domini Millesimo
Septingentesimo Sexage-
simo Quinto Regni vero
Nostri Secundo Anno.

Ad Relationem suprascripti Illmi
et Reverendissimi Domini Pro-
Secretarii Regni

Roborat. certum scriptum Reve- VS
rendus in Christo Pater Anton-
us Ostrowski Episcopus Vladi-

sla

Slavien et Pomeraniæ, in rem Jenero-
sorum Stephani Dembowski Capi-
tanei Plocen et Eva de Tarlo Conjugum.
Ladislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod coram Actis praesen-
tibus Metricis Regni Cancellaria Nostra
Minoris comparens personaliter Reveren-
dus in Christo Pater Antonius Ostrowski
Episcopus Vladislavien et Pomeraniæ, sanus
mente et corpore existens, recedendo a Foro
Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscuis pro-
priis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quo ad infrascripta attinet, se subiiciendo et
incorporando, palam, libere ac benevole re-
cognovit, praesentibusq; recognoscit. Quia Ipse
certum Scriptum Obligatorium in rem Je-
nerosorum Stephani Dembowski Capitanei
Plocensis et Evæ de Tarlo Conjugum per
se Recognoscentem Die Vigesima Tertia
Mensis Junii Anni currentis datum, manu
sua propria subscriptum et Sigillo gentili-
tio in Cera rubra hyspanica expresso com-
munitum, in omnibus ejusdem Scripti pun-
ctis, clausulis, conditionibus, nexibus, Vadiis,

Foro,

Foro et ligamentis approbat, roborat, confirmat et ratificat, eidemq; in toto et in quavis minima parte stare, parere et plena rie satisfacere se suis cum successoribus sanquinis, inscribit, obligat et asseurat. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. Aliàs in forma Inscriptionis Roboratoriæ de jure plenissima firmissima et perfectissima Pro majori vero firmitate Manu propria se subscripsit. Antonius Ostrowski Episcopus Vladislavien Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam vic ut premissum factam et recognitam Nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ad acta presentia recepi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem ac Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feriâ Tertia in crastino Festi Sanctorum Simonis et Judæ Apostolorum, Die scilicet Vigesima Nona Mensis Octobris. Anno Domini Millesimo Septingente-

simo

simo Sexagesimo Quinto
Regni vero Nostri Se-
cundo Anno.

Ad Relationem Illustrissimi et
Reverendissimi Domini Pro
Cancellarii Regni.

Roborant Contractum Resignato-
Etc rium occasione Bonorum hare-
ditariorum Limnice, Piekary, Ko-
wiesy, et Sorti in Bonis Wioska
dicti, in Palatinatu Ravensi, Ter-
ra Sochaczevien sitorum, Generosi
Francisci Smolenski, et Joanna
de Jostomskie Conjuges ab una,
atq; Generosum Antonium Jostomski
Notarium Thesauri Regni uti Gene-
rosi Ignatii Przebendowski, Ducen
Mirachovien Capitanei Specialis
Plenipotens parte altera.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod cum ad humillimam
supplicationem Generosi Francisci Smolen-
ski Decillatoris Calisiensis ob debilem
valetudinem Acta publica adire non valen-

tis

tis, per certos Commissarios Nostros ad Nos
factam, speciali Rescripto Nostro de Data ejus
hic Varsaviæ Die Vigesima Septima Mensis
Septembris Anno currenti ex Cancellaria Minoris
Regni emanato, Generosum Joannem Nepomu-
cenum Stominski Secretarium Nostrum et
Actorum Metrices Regni Præfectum pro susci-
pienda ab Ipso infrascripta Transactione, seu
Inscriptione deputassemus, utq; cum dicto Acto
Metrices Regni ipsum hic itidem Varsaviæ in
Curiola in Brzybow sita residentem adiret, per
misissemus. Qui idem Generosus Deputatus Secreta-
rius Noster functus officio suo, palam publicèq;
recognovit. Qualiter Die hodierna in Actu
contenta coram eodem Generoso Deputato Se-
cretario Nostro, Activq; præsentibus Metricæ
Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparen-
tes personaliter Generosi Franciscus Smolen-
ski Locumtenens, corpore quidem debi-
lis, sana tamen mentis et rationis, et Joanna
de Postomskie Conjuges, Maritus quidem per
se, Conjux vero in assistentia tam præexpressi
Generosi Mariti sui, quam et Venerabilis Fran-
cisci Postomski Canonici Cathedralis et in hac
parte Præpositi, illius Patruelis fratris agen-

teo

tes, ab una, et Generosus Antonius Jordanski Notarius Thesauri Regni, uti Generosi Ignatii Przebendowski, Lucensis, Mirachoviensis Capitanei, Actis Castrensibus Varsaviensibus Capitis sub tempus Interregni praeteriti; Sabbatho in Vigilia Festi Visitationis Beatissimae Virginis Mariae, Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quarto ad triennium integrum idque ad quaevis ineundas et recognoscendas Tranactiones specialiter inscriptus Eidemque nomine et in rem suprascripti Generosi Principalis Sui agens parte ab altera, mente et corpore prout et Generosa Joanna de Jordanskie sanus, recedendo a Foro Terrii et Jurisdictionibus Suis quibuscunque propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infrascripta recognoscenda attinet se subiiciendo et incorporando, palam sponte, et per expressum recognoverunt. Quia Ipsi Contractum certum hic Varsaviae Die Vigesima Mensis Junii anno nunc currenti Millesimo Septingentesimo Sexagesimo quinto, occasione Resignationis Bonorum hereditariorum, Zimnie Siekary, Kowiesy et Sortis in Bonis Wioska Dicti in Palatinatu Ravensi Terra Sochaczewien

sito:

sitorum, inter suprascriptos Generosos Smolenskie
Conjuges prefatorum Bonorum haeredes, et Generosum
Ignatium Krzebendowski Pucey et Mirachovien
Capitaneum initum et conscriptum, manibus Par-
tium Contrahentium propriis, et assistentium Ami-
corum subscriptum, Sigillisq; gentilitiis commu-
nitum, Damnisq; Terrestribus firmatum, in omni-
bus punctis, clausulis, membris, articulis et Con-
ditionibus, roborant, approbant, confirmant, et rati-
ficant, eisq; tam in toto quam in quavis minima illi-
us parte, stare, parere, et plenè satisfacere se, et cu-
jus Nomine, Recognoscentes, suis cum Successori-
bus submittunt, ac de et super Bonis suis omni-
bus inscribunt et obligant, idq; sub Damnis Terre-
stribus simpliciter et absq; juramento in Casu me-
morato Contractui et presenti illius Roborationis
Inscriptionis contraventionis tollendis et edicen
ac in Judiciis sive Officiis Castren Slavenskibus
sive Sochaczewien: quod Forum sibi assignant:
peremptorie vindicandis. Aliis suis personalibus
Recognitionibus ad premissa mediantibus. Alias
in forma Inscriptionis Roborationis de jure
plenissima firmissima et perfectissima
Pro majori verò firmitate Manibus pro-
priis se subscripserunt. M. F. Smolenski. Jo

an:

anna Smolenska, Xdz Franciszek Jostomski C.
K.P. qua Assistens Jenerosæ Smolenskiè mg.
Antonius Jostomski Nr. Thri Bni qua Spe-
ciális & Plenipotens mg. Quam ejusmod. Jn-
scriptionem Roboratoriam sic ut præmissum
factam et recognitum &c reliqua juxta formam
Actum ut supra.

Donant Bona sua hareditaria Li-
mnice, Pichary, Kowiesy, et Sortem
in Boni Wioska dicti, in Pa-
latinatu Ravensi Terra Sochacovien
sia, Jenerosi Franciscus Smolen:
ski Pocillator Calisien et Joanna
de Jostomskiè Oniuges, Jeneroso
Ignatio Przebendowski Pucensi,
Mirachovien Capitaneo.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod cum ad humilimam
supplicationem Jenerosi Franciscus Smolen:
ski Pocillatoris Calisien, ob debilem valetu-
dinem Acta publica adire non valentis per
certos Consiliarios Nostros ad Nos factam
speciali Prescripto Nostro de Data ejus hic
Varsaviæ Die Vigesima Septima Mensis Se

ptem:

ptembris Anno currenti ex Cancellaria Minori
Regni emanato, Generosum Joannem Nepomu:
cenum Slominski Secretarium Nostrum et
Actorum Metrices Regni Praefectum pro suscipi:
enda ab Ipso inscripta Inscriptione depu:
tassemus, uti cum dicto Actis Metrices Regni
ipsum hic itidem Varsaviae in Curiola in Jesy:
bow sita residentem adire permisissemus. Is
idem Generosus Deputatus Secretarius Noster
functus officio suo palam publice recognovit
Qualiter Die hodierna in Actu contenta, coram
eodem Generoso Deputato Secretario Nostro Actisq
praesentibus Metrices Regni Cancellariae No:
stre Minoris, Comparentes personaliter Gene:
rosi Franciscus Smolenski Equestris Calis:
iensis, corpore quidem debilis, ratione tamen
et sana mentis compos, et Joanna de Jestom:
skie mente et corpore sana Conjuges, Mari:
tus quidem per se, Conjux vero in Assistentia
tam praenominati Generosi Maritis sui, quam et
Venerabilis Francisci Jestomski Canonici Culto:
viensis et in Bieporet Praepositi sui Patruelis
Fratris agentes, recedendo a Foro, Terris et
Jurisdictionibus suis quibuscunq; propriis, huic

aliis

autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quo ad infra-
scripta recognoscenda attinet se subiiciendo et
incorporando, palam, sponte ac per expressum
recognoverunt. Quia Ipsi insistendo Contractui
Resignatorio Actis præsentibus hodierno seu
Actu Roborato jam ex nunc et de facto Generoso
Ignatio Przebendowski, Pucensi Mirachoviensi Ca-
pitaneo ejusq; Successoribus Bona sua propria
et hæreditaria, Timnice, Piekary Kowiesy et Sor-
tem in Bonis Wiesky Dicti, in Palatinatu Pla-
censi Terra Sochaczewien sita et jacentia, cum
omni et integro jure Suo, dominio, proprietate,
propinquitate, titulo hæreditario, ac omnibus
eorundem Bonorum utilitatibus, usibus, fructi-
bus, proventibus, commodis, emolumentis, Ce-
riis adjicijs, Structuris Magnis et parvis,
agris, pratis, campis, hortis, pomeriis, pascuis,
sepibus, sepimentis, Sylvis, borris, nemoribus, tu-
betis, virgultis, Stagnis, piscinis, fluviis, lacubus,
torrentibus, Molendinis aquaticis et ventitibus
molendinatoribus, tabernis, tabernatoribus, bra-
xatoriis Subditis Utriusq; Sexus tam nunc in di-
ctis Bonis manentibus quam et profugis ipso-
rumq; Uxoribus, liberis, laboribus, dationibus, cun-
ctaq; obedientia per ipsos præstari solita, nec non

cum

cum Inventariis peccorum pecudum, Equorum,
caterisq; attinentiis et pertinentiis ad eadem
Bona ex antiquo spectantibus, nihil sibi, suisq;
Successoribus Juris aut cujusvis pretensionis ad
illa reservando, seu quovis modo excipiendo, sed
illa dicte, longe et circumferentialiter, prout in
suis metis et limitibus existant et extendantur,
dant, donant, conferunt, inscribunt et resignant,
pura, mera, vera, et irrevocabili Donatione perpe:
tuo et in evum. Jn qua quidem Bona praesentibus
donata et resignata, Intromissionem realem
cum actuali et pacifica possessione memorato
Generoso Ignatio Drzebendowski Pucen Miracho:
wien Capitaneo, per Ministerialem quemvis
generalem Regni et Nobiles duos quosvis, fa:
cilius conducendos Officiose acceptandam, libere
dat et defacto admittit, datamq; et admissam, nec
per se, aut submissas et subordinatas personas
praepedire, impugnare, aut interturbare, imo eun:
dem Generosum Ignatium Drzebendowski Pucen
et Miracho viensem Capitaneum Donatarium
suum, illiusq; Successores, ab omnibus genera:
liter impedimentis juridicis et extrajuridicis
omnium et singularum personarum pro:
pinquarum et remotarum, cujuscunq; Status,

Jesus

[illegible] serus et conditionis fuerint, occasione præ-
sorum Bonorum et sortis in Wiesha, præsenti-
bus donatorum et resignatorum, quacunq; titulo
exoriundis, tueri, defendere, evincere, et toties quo-
ties opus fuerit eliberare. Se suis cum Succesio-
ribus submittunt ac de et super Bonis suis
generaliter omnibus, inscribunt, obligant
et asecurant, idq; sub Damnis Terrestribus sim-
plici verbo absq; juramento corporali tactus
dis et edicendis, jam vero in casu contraventi-
onis Inscriptioni huic Donatariæ, et non fa-
ctæ tuitionis et evictionis ad solvendum in-
remissibiliter succumbendi. Pro quibus quidem
Damnis Terrestribus, tabiter ut præmissum est
ad solvendum succubitis Citati existentes su-
pradicti Recognoscentes ex Insulandia Gene-
rosi Donatarii memorati, sive Ejus Succesio-
rum ad Judicia Terrestria sive Castrensia
Pavensia aut Sochaczowiensia, illo coram ju-
dicio sive Officio tenebuntur sui cum Suc-
cessoribus recessu supradicto mediante
peremptorie stare, juri parere, damna Suc-
cubita solvere, illiq; solutis, nihilominus In-
scriptioni Suæ præsenti Donatoriæ in toto
satisfacere ac omne judicatum illius Judi-

cii

cii de Jure non exeundo, pati ibq; aboj omni
dilatione, defensione, exceptione, praescriptione, pro-
testatione, evasione, evocatione, motione, appel-
latione earumq; prosecutione, ratenusq; juris be-
neficiis. Sibi Suis personalibus recognitionibus
ad praemissa mediantibus. Adeo in forma jmeri-
ptionis Donatoriae et Renignatoriae de jure ple-
nissima, firmissima et perfectissima. Quo majori vero firmita-
te manibus propriis se subscripserunt. M. F.
Smolenski. Joanna Smolenska. Adz Franci-
szek Jastomski C.B.P.N qua Assistens Jõe
Smolenskie mp. Quam ejusmodi Jnscriptio-
nem Donatariam et Renignatoriam sic ut pra-
missum factam et recognitam Nos firmam
ac de jure validam haberi volentes eandem
ad Acta praesentia resciji; inscribi; et ex ijs-
dem fideliter descriptam Parti postulanti au-
thentice extradi permisimus. In quorum fidem.
ac. Actum ut supra.

Quierant ex pretio Bonorum Li- Esky
mnice, Pichary, Kowiery, et Sor-
tis in Bonis Wiorka dicti, iidem
Generosi Smolensey Conjuges,
Generosum Ignatium Szeben-

Do.

... Dowski Pucen Mirachovien Capitaneus
Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod cum ad humillimam
supplicationem Jñi Francisci Smolenski Bo-
cillatoris Calisiensis ob debilem valetudi-
nem Acta publica adire non valentis per
certos Consiliarios Nostros ad Nos facta
speciali Rescripto Nostro de Data p[rae]sentis Var-
saviæ Die Vigesima Septima Mensis Septem-
bris Anno currenti ex Cancellariâ Minori
Regni emanato, Generosum Joannem Nepo-
mucenum Skaminski Secretarium Nostrum
et Actorum Metricem Regni Præfectum pro
suscipienda ab ipso infrascripta Transactione
deputassemus, utq[ue] cum dictis Actis Metricem
Regni ipsum hic itidem Varsaviæ in Curiola
in Grzybow sita residentem adire permiss-
semus. Qui idem Generosus Deputatus Secreta-
rius Noster functus Officio suo, palam publicq[ue]
recognovit. Qualiter die hodierna in Acta
contenta coram eodem Generoso Deputato Se-
cretario Nostro, Actisq[ue] præsentibus Metricem
Regni Cancellaria Nostræ Minoris, Compa-
rentes personaliter supradictus Generosus

Fran.

Franciscus Smolenski Vocillator Calisiensis
corpore quidem aeger, sana tamen Mentis, et na-
turis per omnia compos, et Generosa Joanna
de Jordanskie mente et corpore sana Conju-
ges legitimi, recedendo a Foro, Terris et Juri-
dictionibus suis quibusvis propriis, huic autem
Jurisdictioni Nostra Regiæ quo ad infrascripta
recognoscenda attinet se subiiciendo et incor-
porando, palam, sponte benevole ac per ex-
pressum recognoverunt. Quia Spsi Generosum
Ignatium Przebendowski Pucensem, Miracho-
viensem Capitaneum de præstita sibi suffici-
enti ad mentem et obloquentiam Contractus
Resignatorii Actis præsentibus hodierno
sub Actu roborati, pro pretio Bonorum Li-
mnice, Piekary Kowiesy et Sartii in Bonis
Wioska dicti in Palatinatu Ravensi Terra
vero Sochacowien sitorum et jacentium per
se Recognoscentes Conjuges præfato Jõ
Ignatio Przebendowski Pucen Mirachowien
Capitaneo, coram iisdem Actis præsentibus
et hodierno pariter sub Actu resignatorum
satisfactione vive reali et effectiva Summa
Sexaginta Millium Florenorum Polonicalium

ad-

adstipulatæ exolutione, quietant, emittunt, li-
berum absolutumq; faciunt et pronuntiant,
nihil sibi Recognoscentibus suisq; succes-
soribus, intuitu præexpressæ summæ ad eundem
Generosum Ignatium Przebendowski Bucen
Mirachovien Capitaneum ejusq; successores
juris pretextus et prætensionis reservando
et excipiendo, quinimo perpetuum tam sibi
Recognoscendibus, quam suis successoribus
in præmissis silentium imponendo. In
cujus permanentibus Recognitionibus ad præ-
missa mediantibus. Alias in forma Inscri-
ptionis quietatoria de jure plenissima
et perfectissima. Pro majori vero firmita-
te manibus propriis se subscripserunt.
F. M. Smolenski. Joanna Smolenska.
Quam ejusmodi Inscriptionem Quietato-
riam vi ad præmissum factam et reco-
gnitam Nos firmam ac de jure validam
haberi volentes, eandem ad acta præsen-
tia suscepi, inscribi et ex eisdem fideliter
descriptam Parti postulanti Authentice
extradi permisimus. In quorum fidem ac
Actum ut supra.

Robo:

Roboret Testamentum Generosus Fran-
ciscus Smolenski Pocillator Calissien
Stanislaus Augustus ac
Significamus ac. Quod cum ad humilimam
supplicationem Generosi Francisci Smolenski
Pocillatoris Calissien ob debilem valetudinem dicta
publica adire non valentis, per certos Emviliarios
Nostros ad Nos factam, speciali Rescripto Nostro
de Data ejus hic Varsaviæ Die Vigesima Septima
Mensis Septembris Anno currenti in Cancellaria
Minori Regni emanato, Generosum Joannem
Nepomucenum Niemirski Secretarium Nostrum
et Actorum Metricæ Regni Præfectum, pro ut
recipienda ab ipso in scripta Recognitione seu
Inscriptione deputassemus, usq; cum dicto Actis
Metricis Regni Ipsum hic itidem Varsaviæ in Cu-
riola in Przybow sita residentem adiret permisi-
semus. Et idem Generosus Deputatus Secretarius
Noster functus Officio suo, palam publicq; reco-
gnovit. Qualiter Die hodierna in Actu contenta
coram eodem Generoso Deputato Secretario Nostro
subscripti præsentibus Metricæ Regni Cancellariæ No-
stræ Minoris comparens personaliter suprædictus
Generosus Franciscus Smolenski Pocillator Ca-
lissiensis, corpore quidem ager, mentis tamen

et

et sane rationis compos existens, recedendo à
Foro Terræ et Jurisdictionibus suis quibuscunq
propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quo ad infrascripta recognoscenda attinet se
subjiciendo et incorporando, palam, sponte, de-
nevalè ac per expressum recognovit. Quia Ipse
Testamentum seu ultimam voluntatis Suæ
dispositionem hic Varsaviæ hâc Die Vigesima
Nona Octobris Anno currenti, animo deliberato
a se confectum et condictum, manu Sua pro-
pria et Testium ad idem Testamentum roga-
torum et adhibitorum subscriptum, in omnibus
et singulis ejusdem Testamenti, punctis, clau-
sulis, articulis scriptis, universisq; illius conten-
tis approbavit, roboravit, et confirmavit, pra-
sentique Sua ad Acta hac Comparitione, appro-
bat roborat, et confirmat, illudq; robur debitum
et valorem de Jure quam firmissimum habe-
re debere ac post sui fata in toto et in mi-
nima parte ad executionem deduci vult et
declarat, salva nihilominus præfati Testa-
menti sui in tractu ulteriori supervivien-
tia correctione, mutatione, cassatione, seu
alterius confectione prout de Jure sibi re-

ser-

servata facultate. Hac sua personali recogniti-
one ad premissa mediante. Alias in forma Robo-
rationis „Testamenti de jure solemissima firmissima et per-
fectissima. Quam suam recognitionem manu
propria subscripsit. M. F. Smolenski. Quam
ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut
premissum factam et recognitam Nos &c. reli-
qua juxta formam Actum ut supra.
Inscribit Summam 50000 Florenorum
Polonicalium Generosus Antonius Gostomski Notarius Thesauri Regni
ut Generosi Ignatii Przebendowski
Lucen Mirachoviensis Capitanei ipe-
ctis Plenipotens, Generosi Fran-
cisci Smolenski Pocillatori Calisi-
ensi et Joanna de Gostomskie Co-
niugibus.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Actis pre-
sentibus Metricis Regni Cancellaria Nostra
Minoris comparens personaliter Generosus
Antonius Gostomski Notarius Thesauri Regni
Generosi Ignatii Przebendowski Lucensis
Mirachoviensis Capitanei Actis Castrensibus

Capi-

Capitaneatibus Varsaviensibus de tempore pre-
teriti Interregni Sabbatho in Vigilia Festi
Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ An-
no Millesimo Septingentesimo Sexagesimo
Quarto ad Triennium integrum, ideq; ad inscri-
bendo et recognoscendas quarumvis Transactionem
specialiter constitutus et Inscriptus Plenipoten-
tiario et in rem supra recensiti Generosi Prin-
cipalis sui agens, sanus mente et corpore existens
recedendo a Foro, Terris et Jurisdictionibus suis
quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictioni
Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscen-
da attinet se subiiciendo et incorporando, palam
liberè ac per expressum recognovit. Quia Ipse
actu Varsaviæ Feria Secunda post Festum
Conversionis S. Pauli Apli proxima die 28.
Mens Januarii Anno Domini 1765. in rem JWo
Graffowey Synowey swey Zapis na Pensyą
co roczną Czerwonych Złotych Czterysta
uczynił, więc JW Jmść Graff tenże dłuż-
rocznej Czterechset Czerwonych Złotych Pensyi

na inne

na inne Dobra swe Dziedziczne przenosi, biorąc
na Siebie staranie, ze y JW Graffina Matzonka
iego coram actis Authenticis za granicą z tego
Zapisu JW. Pod Kanclerzego plenarie zakwituie, a
takowy kwit in Extracto authentico JW. Pod Kancl:
zemu Koronnemu in spatio trzech miesięcy a
data hujusce Contractus computando, odwá
submittuie się. Nadto względem całey teraźnieyszey
szey przedaży JW. Graff Evictionem omnimodam
ac generalem a quibuscuris impetitis et impeti-
tionibus, nawet y gdyby in casum fatorum Sui
JW. Graffina pozostawszy Wdowa z: ktora ex ui
Pactorum antenuptialium do zadney Sub:
stancyi Mr:skiey quovis titulo vita durante
nabytey ani in bonis Jego hereditariis, Sukces-
syi należeć nie powinna z iaką, ote Dobra
czynić miała z Osoby swey impetycyą
JW. Pod Kanclerzemu Koronnemu y Sukces-
sorom iego, za siebie y Sukcessorow swych
wtasnych, iako nayuroczyściey obiecuie
y przyrzeka, y takową Ewikcyą na wszyst-
kich Dobrach swoich Dziedicznych w Ko-
ronie y w Wielkim Xięstwie Litewskim
a signanter w Mieście Warszawie, y
za granicą w Saxonii mianych, et Suc:
cessive nabytych presenti Contractu zapi-
suie y waruie. Wzaiemnie JW. Jmć Pan
Borch Pod Kanclerzy Koronny czyniąc z
swey strony zadosyć względem zakąco-
nego kupna Tataiec, z Meblami Oran-
zerią y Dworca Soleckiego umowiona
y po wyżey wyrażona zato wszystko Sum-

mą

Summę
takowym
Tysiące
tegoż Kon
nie do
JW. Graff
niniejszy
zaś Sum
Dobr kup
dnieści
Stą Sa
ściągnym
Osmym
przypad
żoną sub
ac liber
za powr
tłotych
znie się
ważnosc
rodowity

Summę Czerwonych Złotych 37500.=
Takowym Sposobem wypłaca. To iest trzy
Tysiące Czerwonych Złotych przy podpisie
tegoż Kontraktu, z Których iako należ:=
nie do rąk Jw. Graffa wyliczonych, tenże
Jw. Graff Jw. Podkanclerzego Koronnego
niniejszym Kontraktem kwituie. Reszta
zaś Summy ad integritatem pretii
Dóbr kupionych Czerwonych Złotych Trzy:=
dzieści Cztery Tysiące Pięćset, na dzień
Stego Jakuba w Roku teraźniejszym Ty:=
siącznym Siedmsetnym Sześćdziesiątym
Ósmym Dwudziestego Piątego Lipca
przypadaiący zapłacić punktualnie
pod sub nullitate. Contractus presentis,
ac libero do Pałacu y Dworca na Solcu
za powróceniem Summy Czerwonych
Złotych Trzech tysięcy regressu, obowią:
zuie się, Który to Kontrakt dla lepszey
ważności. obie Strony przy pieczęciach
rodowitych rękami własnemi podpisuią

Jw

y w Aktach Metrykii Koronney onne
we wszystkich punktach y obowiązkach
wzaiemnych voborowai przyrzekaią
cum interpositione vadii in partem eidem
sive in punctis sive in toto contravenien-
ten fierwonych Złotych 37500. Oco wszystko
Contrahentes Forum Grodu Warszawskiego
sobie obiéraią y samze praecisis qui-
busvis Effugiis Juris, odpowiedaí za-
pisuią Się. Dan w Warszawie Dnia 20.
Mca Marca Roku Panskiego Tysiącznego
Siedmsetnego Trzeciego Osmego.
Jdney Hrabia Riaucour. Locus ✠
Sigilli gentilitij. Jan Borch Podkanele-
ny Koronny my Locus ✠ Sigilli gentilitii.
Quem quismodi Contractum sic ut
premissum oblatum Nos ad Acta hae
Metrices Susciji, inscribi, et ex illij fideli-
ter descriptum Parti requirenti Authenti-
ce extradi, Originale illius offerenti resti-
tui: de quo recepto Cancellariam Nostram
praesentibus quietatem permisimus. In
quorum Fidem

6.769

In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho
pridiè Dominicæ Pentecostes
diè scilicet Vigesima prima
Mensis Maij Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Sexa-
gesimo Octavo. Regni vero Nri
Quarto Quinto. ——

Ad Relationem Suprascripti Illmi
ac Elmi Dni Pro Cancellarij Rni.

Reformat dotem Grsæ Consorti suæ Grsus
Josephus Grzymkowski Subdapifer Smolenscens.—
Stanislaus Augustus. &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis Actis
que præsentibus Metrices Regni Can-
cellariæ Nostræ Minoris comparens
personaliter Grs Josephus Grzymkowski Sub-
Dapifer Smolenscensis Generalis Adjutans
Noster sanus mente et corpore existens,
recedendo a Foro Terris et Jurisdictione
sua quavis propria et competenti, huic
autem Nræ Regiæ quo ad infra recog-
noscenda attinet, se cum cum Bonis
Suis

Suis omnibus subijcèndo et incorporan-
do, palam, sponte, ac per expressum
recognovit. Quia ipse pert Grām Victo-
riam de Waltery Nobilium et Specta-
bilium Joannis Christiani Walter
Consulis Civitatis Nōe Antiquæ Var-
saviæ Consiliarij Nostri et Annæ
legitimorum Conjugum Filiam, sui vero
Recognoscentij Consortem Charissimam,
Summam in parata pecunia Quadra-
ginta Millium Florenorū Polonicalium
vigore Contractus ante nuptialis in vim
dotis de manibus eorundem Nobilium
et Spectabilium præfatæ Grīæ Consortis
Suæ Parendum, tulit et in effectu leva-
vit, ad quam taliter levatam et rea-
liter exsolutam, similem Summam
Quadraginta Millium Florenorum
Polonical: in vim Dotalitij; ita, ut
Summa Dotis Summæ Dotalitii
simul juncta efficiat Summam
Octuaginta Millium Florenorum
Polonicorum

a 770.

Polonicalium, eaudemq; super mediétate omnium Bonorum Suorum assecu: rando, inscribit, annectit, associat, et reformat, more jure et titulo aliarum Reformationum in Regno hoc dictius observari solitarum. Hac ipsius perso: nali Recognitione ad premissa medi: ante. Pro majori vero firmitate Manu propria se Subscripsit. J. Cujpurski Pod: Wod: Lib: Pudlow J. K. Mci. Quam quidem Inscriptionem Reformatori: am & actum et supras.

Inscribunt sibi mutuam Adoitalita: tem Grsi Osipowskie Conjuges.

Stanislaus Augustus &.

Significamus &. Quod Coram Nobis Aulisque presentibus Metrices Regni Cancellaria Urre Minoris Comparentes personaliter Gri Josephus Osipowski Subdapifer Smolenscensis Generalis Adjutans Norker et Victoria de Walte: ry Conjuges, Sani mentibus, et corpo: ribus existentes, recedendo a Foro Terni

Terris, et Jurisdictione sua quaris pro-
pria, huic autem Nrę Regiæ quo ad
infra recognoscenda attinet, se cum
bonis suis omnibus subijciendo, et
incorporando, palam libere ac per
expressum recognoverunt, et quilibet
illorum suo pro interesse recognovit. Quia
ipsi sibi mutuo et ab invicem omnium
generaliter Bonorum suorum mobilium
et immobilium hereditariorum et
obligatoriorum, Summarumque quia-
rumvis pecuniariarum, nunc habitorum,
et in post Deo favente habendorum,
tum Auri, Argenti, Clenodiorum, Vestis
Vestimentorum, totiusq; domesticæ Sup-
pellectilis, equorum, pecorum, pecudum
mutuam advitalitatem et continuum
usum fructum Advitalitium ad extre-
ma duntaxat vitæ sue tempora in
scribunt, concedunt, et assecurant, Vali
videlicet modo. Quodsi et inquantum
prius memoratum Josephum
Ostapowski Subdapiferum Smolenscense
Mobilis

Maritum, quam Grām Consortem Ejus
mori contigerit, ex tunc Dicta consors Su:
perstes bona hæc omnia mobilia et im mo:
bilia hæreditaria et obligatoria Summas:
que quasvis nunc habitas et in post ha:
bendas morte Mariti sui derelicta et
derelictas ipsius propria et propriaſ, cum
omni eorundem bonorū jure dominio proprie:
tate, propinquitate, utilitatibus usibus,
fructibus, proventibus, redditibus, commodis,
et emolumentis, tenebit, habebit et possidebit,
iisq; uti fruetur ad extrema duntaxat ad
vitæ suæ tempora. Post fata vero ejus:
dem bona hæc ad Successores dicti Grsi
Mariti, sine ulla Successorum Consortis
contradictione, plene et totaliter devol:
vendor. Pari quoq; ratione, si et inquantu
prius memoratam Grām Victoriā de Walte-
ry Consortem quam ejus Grsum Maritum.
mori contigerit, ex tunc prefatus Grsus
Maritus, bona itidem omnia mobilia et
immobilia, hæreditaria et obligatoria,
Summasq; quasvis pecuniarias morte Ejus
Do Jure

Grâ Consortis derelicta, et derelictas, illius pro-
pria et propriàs cum omni eorundem Bonorum
et Summarum, jurè dominio proprietate,
utilitatibus usibus fructibus, proventibus
redditibus, commodis & emolumentis uni-
versis, tenebit, habebit et possidebit, illisque
uti fruetur ad extrema duntaxat vitæ sue
tempora. Post fata vero Ejusdem Grii Mariti
eadem bona ad Successores Grâ Consortis
sine ullo Successorum Grii Mariti impedi-
mento plene et totaliter devolventur. Hijs
cor personalibus Recognitionibus ad premissa
mediantibus Aliàs in forma Inscriptionis mutuæ
advitalitatis de jure plenissima. Pro majori
vero firmitate Manibus propriis se subscripse-
runt. Josef Osipowski Lods: Wdæ Smb. W. Osi
powska L.W.S. Quæ ejusmodi Inscripto mutuæ Advi-
talitatis sic ut premissa facta Nor firma ac de jure
valida habeni volens &. Actu ut Supra.

Quietat de Summa Dotali 40. Flr. Pol: Gs. Osipow-
ski Subdapifer Smolenscen. Nobles Waltery Con-
juges Consortis Suæ Parentes.

Stanislaus Augustus. &c. Significamus &.
Quod coram Nobis Actisq; præsens Metrices
Dni Canellariæ Nræ Mineris comparens præsto
G. Josephus Osipowski Subdapifer Smolen. Generalis
Adjutans Nr, sanus mente et corpore exi-
stens, recedendo à Foro Terris et Jurisdictio-
ne Sua

ne sua, quaevis propria et competenti, huic
autem Nrae Regiae quo ad infra recognoscen:
da attinet, se cum bonis suis omnibus subi:
jciendo, et incorporando, palam sponte ac bene:
vole, recognovit. Quia ipse Nobiles Joannem
Christianum Walter Consilianid Nrum & An:
nam Conjuges Gsd vero Victoriae Consortij sue
Charissimae Parentes, jam ex nunc defacto de
Summa Quadraginta Millium Flor Polonical
ad mentem Contractus, antenuptialis in Anno
proteneto 1767. sub Die decima Octava Mensis
Aprilis inter se Recognoscentem ab una, et
praefatos Nobiles Walter Conjuges parte ab
altera hic Varsaviae initi, pro rim dotis post
eandem suam Consortem assignata, sibi
Recognoscenti ad manus realiter, totaliter, et
effective in parata pecunia exsoluta, per se
vero Recognoscentem levata, abnumerata, et
recepta, una cum Successoribus ipsorid quic:
tat, emittit, liberos, absolutosq in perpetuum
facit, et pronuntiat, nec non Contractid eun:
dem Antenuptialem, quo ad punctum exsolu:
tionis istius Summae Dotalis Quadraginta
Millium Flor Polon tanquam jam in effectu
exsolutae et per se levatae cassat et mortifi:
cat, sibiq et suis Successoribus perpetuum
imponit silentium. Hac ipsius personali
recognitione ad premissa mediante. Pro
majori vero firmitate manu propria se
subscripsit. = Josef Siporskii Podstoli Wendzka
Smolen. = Quam ejusmodi Inscriptionis Quic:
tationem Summae Dotalis sic ut premissum
factam et recognitam. Nos firmam ac de
jure validam haberi volentes, eandem

ad acta

ad acta præsentia suscipi; inscribi, et ex illis fideli-
ter descriptam Parti postulanti Authentice extra-
di permisimus. In quor fidem &. Actis ut Supra.
Roborant Intercisam seu Contractum
antenuptialem Nobiles Waltery Conjuges
ab una; et Grus Josephus Osiporwski
Subdapifer Smolenscen parte ab altera.
Stanislaus Augustus &.
Significamus &. Quod coram Nobis Actis q
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nræ
Minoris comparentes perdr Nobiles Joan-
nes Christianus Walter Consilianus Noster,
et Anna Conjuges ab una, et Grus Josephus
Osiporwski Subdapifer Smolenscen Genera-
lis Adjutans Noster, parte ab altera, sani
mentibus et corporibus existentes, receden-
do a Foro Terris, et Jurisdictione sua quavis
propria et competenti, hui autem Nostræ
Regiæ quo ad infra recognoscenda attinet
se cum bonis suis omnibus subjiciendo
et incorporando, palam sponte, ac per ex-
pressum recognoverunt, præsentibusq;
recognoscunt. Quia ipsi certam Interci-
sam seu Contractum Antenuptialem
inter se Partes hic Recognoscentes sub
die Decima Octava Mensis Aprilis Anno
præterito Millesimo Septingentesimo Sexa-
gesimo Septimo Varsaviæ initum, con-
scriptum et conclusum, manibusq; suis
propriis subscriptum in omnibus ejus
Intercisæ seu Contractus punctis, clausu-
lis, nexibus, conditionibus, et ligamentis
approbando

approbant, confirmant, roborant et ratificant, 792.
eidemq; tam in toto, quam in singulis ipsius
partibus stare, parere, et plene satisfacere,
illumq; servare et adimplere se se submittunt
obligant, ac de et super bonis suis uniuscuiusq;
Partis respectivis inscribunt, idq; sub vadio
Summæ Quadraginta Millium Flor Polon
in casum alicujus Contraventionis per
partem contravenientem ad solvendum
succumbendo. Forum Ubiquinarium Com:
petens ad respondendum tam in tuitu
vadii succubiti, quam et rei principalis
sibi partibus et Succesoribus suis assig:
nando. His eorum personalibus recogni:
tionibus ad premissa mediantibus. Quas
propriis manibus subscripserunt. Johan
Christian Walter Consiliarius. Josef Grzegorow:
ski Podst: Wołłwicz Smol:

Actum Varsaviæ
Feria Quarta post Domi:
nicam Pentecostes proxi:
ma Die scilicet Vigesima
quinta Mensis Maii Anno
Domini Millesimo Septin:
gentesimo Sexagesimo
octavo. Regni vero Nostri
Quarto Anno.
Ad Relationem Supraseni Illmi ac
Excellmi Dni Dni Procancellarii Dni
Credit de Advocatia Jurisdictionali Nestorensi
Ensis

Gnrsus Ludovicus Zaptahynski Gnrsis Vincentio
S. R. Mttis Camerario, et Josepha de Dydynskie
Conjugibus.
Stanislaus Augustus &. Significamus &
Quod Coram Nobis Actisq; præsentibus Metrices
Rni Cancellariæ Nræ minoris Comparens personaliter
Gnosus Ludovicus Zaptatynski, sanus mente
et corpore existens recedendo a Foro Terris, et
Jurisdictione sua quavis propria, huic autem
Nræ Regiæ quo ad infra recognoscenda attinet,
se subjiciendo, et incorporando, palam sponte
ac per expressum recognovit. Quia Ipse
inhærendo Literis Consensus Nri Regii De
data illarum Vigesima Prima Mensis Jveng
e Cancellaria majori Rni emanatis, ac
præsens in suo Originali illaso exhibitis,
tenoris sequentis. = Stanislaus Augustus
Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithua-
niæ, Russiæ, Prussiæ Masoviæ, Samogitiæ
Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ Livoniæ
Smolenscia, Severiæ, Czerniechoviæque
Significamus præsentibus Literis Nostris
quorum interest Universis et Singulis Consen-
se nos, et permisisse, Consentireq; & permittere
Gnso Ludovico Zaptatynski ut possit et valeat
de omni & integro jure suo Advitalitiali,
quod ipsi super Advocatiam Jurisdictiona-
lem Neoforensem in Palatinatu Cracovien-
sitam, post ultimum legitimum Vospeporem
Privilegio Nostro sibi datam, et per Senten-
tiam Judicii Commissarii per Ordines Rei-
publicæ in Comitiis proxime elapsis anno
præsenti 1780. delegati, seorsivo Privilegio Dis-
poni debere agnitam, servit et competit
cedere illudq; in Personas Gnrosorum
Vincentii Kychter Camerarii Nostri et
Josephæ de Dydynskie Conjugum legitimæ
transferre

transferre, et transfundere. Quæ quidem Cessio 1713.
Junisq; transfusio posteaquam coram actis quibus-
vis Authenticis Regni facta, et recognita fuerit. Nos
eam ratam, et gratam habituri sumus, uti eam
quæ prævio hoc Consensu Nostro peragetur.
Vigore cujus Cessionis, Junisq; Transfusionis in
virtute præsentis Consensus Nostri factæ dictam
Advocatiam, in antiqua et nova Civitate Nowy
targ. et Scultetia in villa antiquum Theloneum
vocitata juxta Privilegium locationis Decreto
Commissionis superius expresse agnitam et ad-
judicatam postquam a Capitaneatu exdivisa
et separata fuerit, cum omnibus ædificiis, agris,
pratis, campis, sylvis, borris, gaiis, nemoribus,
stagnis, piscinis, lacubus, fluviis, fluminibus
molendinis, braxatoriis, tabernis, subditis, eorum
que diurnis laboribus, censibus, dationibus,
commodis, et emolumentis, cunctis denique
attinentiis et pertinentiis, nullis penitus
exceptis, tenebunt, habebunt, et possidebunt,
vel uno vita functo, alter eorum superstes
tenebit, habebit, et possidebit, ad extremæ
vitæ sud tempora. Promittimus autem
pro Nobis, et Serenissimis Successoribus
Nostris, non esse Nos Serenissimosq; Suc-
cessores Nostros ab usu et pacifica posses-
sione dictæ Advocatiæ superius cum Scul-
tetia expressa, præfatos Gnsos Vincentium Rychter
Camerarium Nostrum et Josephum de Dydyn-
skie Conjuges ambos amoturos, neq; amoven-
di potestatem cuipiam daturos, sed salvum
et integrum jus adventitiale eisdem Con-
servaturos, quod et Serenissimi Successores
Nostri præstabunt. Ratione cujus Advitalitatis
constituta

constitutam per Lustratores quartam partem
proventuum Statu tempore quotannis ad
Thesaurum Regni inferre tenebuntur. Jun-
bus Nostris Regalibus, Reipublicæ Ecclesiæq
Romano Catholicæ salvis manentibus. In
quorum fidem præsentes manu Nostra
subscriptas Sigillo Regni communiri jussi-
mus. Datum Varsaviæ Die xxi. Mensis
Maii Anno Domini MDCCLXVIII. Regni
vero Nostri IV. Anno. Stanislaus Augustus
Rex. Loco ✠ Sigilli Majoris Regni. Consensus
ad Cedendum de Advocatia jurisdictio-
nali Neoforensi in Paltu Cracov. sita
Gso Ludovico Zaptatynski in Personas
Gnrosor Vincentii Ryshter Camerarii
Sae Rae Mtis et Josephæ de Dydynskie
Conjugum legitimarum in solidum
datur. Antonius Sikorski Sae Rae Mtis
et Sigilli Majoris Regni Secretarius my
A tergo earundem Literarum tenor ver-
borum sequens= Cancellariatus Illmi
Excellmi et Rmi Dni Andreæ Stanislai
Kostka Młodziejowski Episcopi Premisliq
Nominati Ostmanicq Supremi Regni
Cancellarii Sigillatum= jam ex nunc
et defacto de omni et integro jure suo
advitalitio, quod quale et quantum
sibi Recognoscenti ad prælatam Advo-
catiam Jurisdictionalem Neoforensem
servit, et competit, ac hucusq servrebat
et competebat, in personas Gnrosorum
Vincentii Rychter Camerarii Nostri
Josephæ

et Josephæ de Dydynskie Conjugum legitimo- 774.
rum, cessit, absscessit, et condescendit, prout
præsentis Cessionariæ Inscriptionis virtute ta-
de prætacta Advitalitate, Privilegio ac Juri-
bus suis, quam de eadem Advocatia Neo-
forensi, in Palatinatu Cracoviensi sita,
ejusq; ædificiis, agris, pratis, campis, sylvis
borris, nemoribus, stagnis piscinis, lacu-
bus, fluviis molendinis, braxatoriis, taber-
nis, subditis, eorumq; laboribus, censibus
dationibus, commodis, et emolumentij, cun-
ctisq; attinentiis et pertinentiis nihil pro se
Recognoscente aut quopiam alio serervan-
do, et excipiendo, cedit, condescendit, et ple-
ne, tenendum fruendum & possidendum
resignat, horque totum jus suum Ad-
vitalitiale, possessionem et usum fructum
in Eosdem Gnosos Rychtery Conjuges trans-
fert, et transfundit, Intromissionem rea-
lem cum actuali et pacifica possessione
per Ministerialem Regni generalem
quemvis et Nobiles duos, facilius ad id
conducendos, in prædictam Advocatiam
Neoforensem, cunctasq; ejus attinentias
quovis tempore capiendam iisdem Gnosis
Cessionariis Suis ex nunc dat, et admittit
datamq; et admissam, nec per se, nec per
submissas aut subordinatas personas
prepedire, aut interturbare se submittit,
ac de et super bonis suis omnibus inscribit,
et obligat. Hac ejus personali recognitione
ad præmissa mediante Alias informa Cessionis

Juris

Juris Advitalitii de jure plenissima, et perfectissima. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit. Ludovicus Zaptatynski

Quam ejusmodi Inscriptionem Sepionariam sic ut premissum Factam, et recognitam Nos firmam ac de jure validam haberi volentes. eandem ad acta presentia suscipi inscribi, et ex illis fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quor fidem &. Actum ut supra. &.

Edita

Cedit Gnosus Stephanus Garczynski Generalis in Exercitu Regni de Summa 15000. Flor Polon in Bonis Sierakowszczyzna dictis habita, Gnoso Petro Nicolao Baroni de Gartenberg Intimo Sae Rae Mtt: Consiliario.

Stanislaus Augustus &.

Significamus &. Quod Coram Nobis Actisq presentibus Metrices Regni Cancellariæ Nrē Minoris Comparens prēlr Gnosus Stephanus Garczynski Generalis in Exercita Regni sanus mente & corpore existens, recedendo, a Foro Terris, et Jurisdictione sua quavis, propria, huic autem Nrae Regiae quo ad infra recognoscenda attinet se cum Bonis suis omnibus subjiciendo et incorporando, palam sponte, ac per expressum recognovit. Quia ipse totam et integram Summam suam Quindecim Millium Flor Polonical. ex Summa Originali Octingentorum Quadraginta Millium tidem Flor Polonē per Inclytos Palatinatus Posnaniens et Calisiens super Bonis Tractus Sierakowiens inscripta, et locata dependentem, sibiq Recognoscenti Rescripto

Nro in

Nro in Executionem Constitutionis Anni 1766ti 775.
sub die decima Sexta Mensis Aprilis Año
proterito 1764. emanato assignatam, una cu
Provisione ab eadem Summa pro uno Anno
proveniente, nec non de omni eo jure quo
illi adhancce Summa Quindecim Millium
Flor Polon servit, et competit, et ad usq serviebat
et competebat, nihil Sibi Recognoscenti, aut
cuipiam alteri reservando, aut modo quovis
excipiendo, in personam Gnosi Petri Nicolai Ba-
ronis de Gartenberg Intimi Nostri Consiliarii
et Generalis Monetarie rei Administratoris
in Regno, uti Sibi, pro premissis plene satisfa-
cientis, ipsiusq Successorum cessit, Contulit,
transtulit, & transfudit, Evictionem generalem
ab omnibus impedimentis judicis et extra-
judicis quarumvis personarum occasione
supradicta Summa, cavet, ac de et super Bo-
nis suis generaliter omnibus summisque
quibusvis pecuniariis habitis et habendis, sig-
nanter Zbąszyn dictis in Palatinatu Posnanien
Districtu Koscianensi sitis suis hereditariis
praexpresso Gnoso Baroni de Gartenberg et
Ipsius Posteris inscribit, & assecurat, idq
sub Vadio similis Summa Quindecem
Millium Flor Polon. pro quo citatus existens
Is idem Gnosus Recognoscens in Foro Ubiquinario
Competenti, suis cum Successoribus perem-
ptorie respondebit, Hac ejus personali recogni-
tione ad premissa mediante. Illas in forma
Cessionis de jure plenissima. Pro majo-
ri vero firmitate manu propria se Sub-
scripsit. S. Garczynski. Palatinus Posnanie
Gnus et S. R. M. Quam ejusmodi Inscriptionem
Cessionariam

Cessionariam sii ut prmissum facta et recognita
Nos firmam ac de jure valida & actam Supra
Inscribit modo Simplicis Debiti Summam
3000. Aureorum hungaricalium. Nobilis
et Spectabilis Casimirus Zenpinski Con:
sul Varsavien. Gsō Andreæ Comiti de Riaucour
Extraordinario Legato et Status Saxonici
Consiliario
Stanislaus Augustus &.
Significamus &. Quod Coram Nobis actisq;
presentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Minoris Comparens prælr. Nobilis, et Spectabilis
Casimirus Zenpinski Consul Civitatis antiquæ
Varsaviæ sanus mente et corpore existens,
recedendo a Foro et jurisdictione sua quavis
propria & competenti, huic autem Nræ Regiæ
quo ad infra recognoscenda tantum attinet
se cum Bonis suis subjiciendo, & incorporan-
do, palam sponte ac per expressum recognovit.
Quia Ipse Gsō Andreæ Comiti de Riaucour Extra-
ordinario Legato et Statis Saxonici Consiliario
Ipsiusque Successoribus tenetur ac debet, seq;
et Suos Successores teneri ac debere, de et super
Bonis suis generaliter omnibus. Summisq;
quibusvis pecuniariis et signanter super Capi-
dea sua hæreditaria sub signo navis aureæ
in Platea Sancti Joannis vocitata sita, Sum-
mam Trium Millium Aureor hungaricalium
justi ponderis, sub die Nona Mensis Aprilis
anno presenti mutuo per se acceptam, modo
veri justi, realis, liquidi, simplicisq; debiti,
in et post annum, seu eadem ipsa Die
Nona Mensis Aprilis in anno Deo dante
futuro Millesimo Septingentesimo, Sexage-
simo Nono, una cum Provisione per quinque
a Centum, & manus et Quietationem pre-
nominati

nominati Gris Comitis de Kiaucour sive ejusdem
Successorum aut potestatem ad id habendi, dare,
solvere, totaliter et realiter enumerare, se inscri-
bit, obligat, et asseverat. Idq; sub vadio trium
Summo Trium Millium Aureor hungaricali-
um, casu presenti Inscriptioni sue Debitore &
Contraventionis, et non satisfactionis, ad reli-
quendam sue cumbendo. Pro quo quidem vadio
taliter exinde succubito Citatus existens Nobilis
et Spectabilis Recognoscens, in foro Personae sue
sive bonis competenti, suis cum Successoribus
peremptorie respondere tenebitur. Hac Ipsius
personali recognitione ad premissa mediante
alias infirma Inscriptionis Debitoriae de jure
plenissima. Pro majori vero firmitate manu
propria se subscripsit. Kaz: Zenpinski = Quam
ejusmodi Inscriptionem Debitoreq; Actus ut Supr:
Actum Varsaviae Sabbatho pridie
Dominicae Sñae Trinitatis Die
scilicet Vigesima Octava Mensis
Maii Anno Domini 1768 Regni
vero Nostri Quarto Anno.
Ad Relationem Supraſi Illmi ac Rmi
Dni Procancellarii Regni.

Cedit Gnrsus Casimirus Radonski Colonel-
lus in Exercitu Regni de Summa 15000. Flor
Polon in Lyonis Sierakowic habita Gnroso
Baroni de Gartenberg.

Stanislaus Augustus &. Significamus &. Quod
coram Nobis actisq; Penes Metrices Rni Cancel-
lariae Nrae Minoris Comparens prlr Gus Casi-
mirus Radonski Capneus Debensis Colonellus
in Exercitu Regni Nostri sanus mente & corpore
existens recedendo à Foro Terris et Jurisdictione
sua quaris propria huic autem Nrae Regiae
quae ad infra recognoscenda attinet se cum
Bonis suis subijciendo, et incorporando,
palam ac benevole recognovit. Quia Ipse

totam D

Ellm

totam, et integram Summam Lucr Quindecem
Millium Flor Polon ex Originali d. Provisionali
Octingentorum quadraginta Millium iisdem
Flor Polon super Bonis Tractus Sierakoviensis
in Paltu Posnanien sitis per Palatinatus Posna:
nien et Calisien locata promanantem sibiq
Recognoscenti Rescripto Nro in Executionem
Constitutionis Ani 1766ti sub die 16ta Mensis
Aprilis anno proteriti 1767mo emanato, assig:
natam, una cum Provisione ab eadem Sum:
ma pro uno anno proveniente, nec non de
omni eo jure quod sibi Recognoscenti ad
hanc Summam Quindecem Millium
Flor Polon servit, et competit, nihil pro se Re:
cognoscente aut quopiam alio reservando
in Personam Gnsi Petri Nicolai Baronis de
Gartenberg Intimi Rri Consiliarii, uti sibi
pro premissis plene satisfacientis, ipsius
q Successorum, cessit, contulit, transtulit, trans:
fudit, presentiq Inscriptione sua, cedit, con:
fert, transfert, et transfundit, Evictionem gene:
ralem ab omnibus impedimentis juridicis
et extrajudiciis quarumvis Personarum
occasione supra dictae Summae Quindecem
millium Flor Polon, cavet, et de ea super
Bonis suis generaliter omnibus, summisq
quibusvis pecuniariis habitis, et habendis
signanter Gebice dictis, in Paltu et Districtu
Posnanien sitis suis hereditariis pro ex
presso Grso Baroni de Gartenberg d ipsius
Posteris inscribit, et assecurat, idque sub
vadio similis Summae Quindecem
millium Flor Polon. Pro quo citatus existens
Idem Gnsus Recognoscens in Foro
Ubiquinario Competenti suis ac Successoribus

peremptorie

peremptorie respondebit. Itae ejus personali 777.
recognitione ad premissa mediante. Alias
in forma Cessionis de jure plenissima. Pro
majori vero firmitate manu propria se
subscripsit: Kazimierz Radonski Sta Debski
Putk. w Wo. ms. Quam ejusmodi Inscriptionis
Cessionariam sic ut premissum facit et
recognitt Nos firmam ac de jure validam
haberi volentes. Candem de acta Prentia
suscipi, inscribi, et ex illis fideliter descripti
Parti postulanti Authentice extradi permit-
timus. In quor fidem. &. Actum ut Supra.

Actum Varsaviae Feria Quarta
pridie Festi Sacratissimi Corporis
Christi Domini Die scilicet Prima
Mensis Junii Anno Dni Millesimo
Septingentesimo Sexagesimo Octavo
Regni vero Nostri Quarto Anno.

Ad Relationem Supraseri Illmi ac Excellmi
Dni Dni Pro Cancellarii Regni.

Roborant Contractum Resignatorium
occasione Honorum Tractus Sieraliovien-
sis in Palatinatu et Districtu Posnanien- 2do
sitor Gnisi Comites de Brühle abiuna,
et Gsils Baro à Gartenberg Sadogorski,
Intimus Sae Rae Mtis Consiliarius parte ab altera.

Stanislaus Augustus &

Significamus &. Quod Coram Nobis Actisque
presentibus Metrices Regni Cancellariae Nrae
minoris Comparentes prae Generosi Aloysius
Fridericus Generalis rei armamentariae in
Regno Nostro Praefectus Varsaviensis Capitaneus
et Albrechtus Christianus Henricus Colonellus
ac Supremi Electoris Saxoniae Generalis
Adjutor Comites à Brühl, suo & Procurum
Caroli Adolphi Generalis Locum tenentis

atque

atque Joannis Mauritii Cubicularii ejusdem Serẽni Electoris, itidem Comitum a Brühl fratrũ suorum nomine/: pro quorum ratihabitione, in forma juris plenissima pacem. cavent, & se inscribunt :/ vigoreq; Specialis Plenipotentiæ in personas illorum Dresdæ in Saxonia sub Die Decima quarta Mensis Maii Anõ currenti datæ, agentes ab una, et Grsũs Petrus Nicolaus liber Baro a Gartenberg Sadogorski Intimus Noster Consiliarius ac generalis rei monetariæ in Regno Nostro Administrator parte ab altera, sani mentibus & corporibus existentes, recedendo a Foro Terris et Jurisdictione sua quavis propria, huic autem Nrõ Regiõ quo ad infra recognoscenda attinet se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo, & incorporando, palam benevole ac per expressum recognovernnt, & quidquid illorum præsentibus recognoscit. Quia Ipsi Contractum certum occasione Resignationis Bonor hereditariorum Praetàs Sierakowiensis in Palatinatu & Districtu Poznaniensi sitor et jacentium, nempe Oppidi Sierakow, tum Villarum Ktosowice, Starry Zatom, Gora Mobylarnia, Chorzepowo, Nowy Zatom, Raduszę, Dębowice, Buchanzewo, Bukowice, Tuchola, Lutom, Rytyna, Kuczlin, Grobia, Jaroszew, Milin, Wielkie y mate Chmyzka, cæterorumque eo attinentium hic Varsaviæ, inter se Partes Recognoscentes sub Die Trigesima Mensis immediate elapsi, Maii Anõ præsenti Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Octavo, initum conclusum & conscriptum, manibus suis propriis subscriptum, Sigillisq; gentilitiis in cera rubra

hispanica

hispanica expressis, communitum. Vadiorum 770.
Summæ pretiò Bonorum præfatorum correspon-
denti in illo expresso, firmatum, in omnibus
et singulis, ejus punctis, clausulis, nexibus,
conditionibus, ligamentis, approbarunt, robora-
runt, confirmarunt, et ratificarunt, prout
per præsentem hanc suam, ad acta hâc
comparitionem, approbant, roborant, confirmant
et ratificant, eidemq; stare parere et plene
ac ex integro satisfacere se mutuo obligant,
ac de et super Bonis generaliter omnibus,
tam sui comparentium, Recognoscentium
quam quorum nomine, hæreditariis, inscri-
bunt et assecurant, idque sub simili vadiò
pretio bonor correspondenti casu alicujus etiam
in minima parte prænominato Contractui
Contraventionis à Parte Contraveniente ac
solvendorum succumbendo. Pro quo Eadem
Pars Contravenies citata existens in Posnanien-
si, aut Varsaviensi Terrarum Judiciis suis ad
successibus peremptorie respondere, illiusq;
Judicii Judicatum pati tenebitur. His ipsar
personalibus recognitionibus, ac præmissa
mediantibus, Pro majori vero firmitate
manibus propriis se subscripserunt.—
Et. S. Brühl Gottlieb v. moim y braci moich
imieniem iako pleni potent.= Alstenrych
Brühl v moim a braci moich imieniem
iako pleni potent.= Piotr Mikoł Gartenberg
Sadogorski.= Quam ejusmodi Inscriptionis
Roboratoriam sic ut præmissum Acletam &
recognitam. Nos firmam ac de jure
validam haberi volentes, eandem ad acta
præsentia suscipi, inscribi, et ex illis fideliter
descriptam Parti requirenti Authentice extra-
di permisimus. In quor fidem &c. Actd ut supra.

Donand

Donant et resignant Bona sua hæreditaria
Tractûs Sieradovien: in Palatinatu et Districtu
Posnanien: sita, Generosi Comites a Brühl
Gio à Gartenberg Sadogerski Intimo S.R.
Mtis Consiliario.

Stanislaus Augustus &

Significamus &. Quod coram Nobis actisq; præ-
sentibus Metrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris
Comparentes prælp Gsi et Illustrius Fridericus Gene:
ralis rei armamentariæ in Regno Nro Præfectus
Varsaviensis Capitaneus; et Albrechtus Christia:
nus Henricus Colonellus et Srssmi Electoris
Saxoniæ, Generalis Adjutor Comites a Brühl
suo et Gsorum Caroli Adolphi, et Joannis
Mauritii Generalis locum tenentis, et
Gjusdem Serssmi Electoris Cubiculariorum
itidem Comitum a Brühl Fratrum suorum,
uti Speciales ipsorum Plenipotentes s: pro
quorum ratihabitione in forma juris
plenissima pacem cavent, et se adscribunt,
nomine agentes, sani mentibus & corporibus
existentes, recedendo, a Foro Terræ, et Juris:
dictione sua quavis propria, & competenti,
huic autem Nræ Regiæ quo ad infra
recognoscenda attinet, se se cum Bonis
suis generaliter omnibus subjiciendo, et
incorporando, palam benevole, ac per ex:
pressum recognoverunt, præsentibusque
recognoscunt. Quia Ipsi, insistendo Contractui
Resignatorio hodierno sub actu, actis præ:
sentibus roborato, Bona sua et Fratrum
suorum propria, et hæreditaria, videlicet
Totum et integrum Fractum Sieradovien:sem
in Palatinatu et Districtu Posnaniensi
situm, & jacentem, seu Oppidum Sieradow
cum Villis Ktosowice, Stary Zatom, y Jora Kobylar-

nia

nia, Chorzepow
Buchanewo,
Kuczlin, Grobia
Strzyzyska, vo
jure, dominio,
tibus, usibus
altinentiis et
prædiis, arcibi
aluminosa,
bus, hortis, po
tariis pecor
bus hyemali
campis, syl
lacubris, flu
magnis et
ventilibus, ta
utriusq; sexu
profulgis, om
tributis, pen
nis Dierum
quibuscris, p
et præstari
tis, etiam e
prædicta bon
venientibus
non cum ju
Parochorum
Bonis exist
bus, aut Su
quopiam al
ita late long
fatorum bon
et limitibus
vicinis bonis,
Dislimitata,
ab antiquo sp

nia, Chorzepowo Nowy Zatom. Radusze Dębowice 719.
Buchanzewo, Bukowice, Tuchola, Lutom, Kyzyna
Kuczkin, Grobia Jaroszew. Milin Wielkie et Male
Chmyńska, vocitatis, cum omni eorundem Bonor
jure, dominio, proprietate propinquitate, utilita-
tibus, usibus fructibus, proventibus, redditibus,
attinentiis et pertinentiis, structuris, ædificiis,
prædiis, arcibus, granariis, bracatoriis, officina
aluminosa, vasisq; et utensilibus eo spectanti-
bus, hortis, pomariis, sepibus, sepimentis, inven-
tariis pecorum, et pecudum, conseminationi-
bus hyemalibus, et æstivalibus, agris, pratis,
campis, sylvis, nemoribus virgultis pascuis,
lacubus, fluviis, fluminibus, stagnis, piscinis
magnis et parvis, molendinis aquaticis et
ventilibus, tabernis, tabernatoribus, subditis
utriusq; sexûs nunc præsentibus aut aliquando
profuturis, omnibusq; eorum censibus, dationibus
tributis, pensionibus, vigiliis diurnis et noctur-
nis dierum laboribus, vecturis officiisque
quibuscunq, per eosdem ab antiquo perdi
et præstari solitis, commodisq; emolumen-
tis, etiam et Hollandis, aliisque censitis,
prædicta bona inhabitantibus, tam nunc pro-
venientibus, quam in post proventuris, nec
non cum jure Patronatus præsentandorum
Parochorum ad quascunq Ecclesias, in recensitis
Bonis existentes, nihil pro se Recognoscenti-
bus, aut Suis Jris Fratribus sive Successoribus,
quopiam alio reservando, seu excipiendo, vero
ita late longe, circumferentialiterq; prout præ-
fatorum bonorum hæreditas, se in suis metis
et limitibus extendit et protrahit, estq; ab aliis
vicinis bonis, et contiguis fundis, distincta, et
Dislimitata, sequ Recognoscentes. Ipsisq; Fratres
ab antiquo spectabat, et concernebat, ac quem-

admodum

admodum hæc ipsa Bona a se Recognoscentibus Grsisq; Fratribus, post fata Alafi Henrici de Qcießyno Brühl primarii Status Saxonici Ministri, Lipnicensisq; Capitanei, via naturalis Successionis tenebantur et possidebantur, jam ex nunc et defacto Grño Petro Nicolao libero Baroni a Gartenberg Sadowzorski Intimo Rlō Consiliario generaliq; rei monetariæ in Regno Nostro Administratori, illiusq; Successoribus dat, donat, conferunt inscribunt, et resignant, prout præsentibus dederunt, donaverunt, contulerunt, inscripserunt, et resignaverunt, purè mere, et irrevocabiliq; Donationis titulo ac hereditate perpetuo ac in ævium. In quæ quidem Bona præsentibus donata et resignata Idem Grsi Recognoscentes, ac quorum Nomine, Eidem Grño a Gartenberg Sadowzorski, Donatario suo, illiusq; Successoribus, realem Intromissionem, actualem pacificamq; possessionem cum præsentaneo Bonorum eorundem usufructu per Ministerialem Regni generalem quemvis, et Nobiles duos facilius ad id conducendos, vigore Inscriptionis præsentis Donatariæ officiosè capiendam et assumendæ, jam ex nunc et defacto libere dant, et admittunt, datamq; et admissam nec per se nec per suas quasvis submissas, et subordinatas personas, prepedire, denegare, aut quovis modo interturbare, quinimo eundem Grium Donatarium suum sive ejus Successores, ab omni et quavis impetitione juridica, omnium et singularum Personarum statûs sexûs, gradus, conditionis, ac cujusvis præeminentiæ existentium, ratione præmissorum Bonor quocunque modo eorundæ, in omni Judicio et Officio Regni, per omnes præscriptiones Terrestres, prout ad quemlibet personam Terrestris spectat et pertinet præscriptò, totiès quotiès opus fuerit, tueri, defendere,

eximere.

evincere, eliberare, et intercedere Bonaq prælata 700.
ab omnibus oneribus munda, et libera reddere,
et efficere, se suis cum Successoribus, ac super
Bonis Suis Fratrumque suorum omnibus,
mobilibus, et immobilibus, hereditariis, et
obligatoriis, summisq quibuscy pecuniariis
habitis, et habendis, et signanter Ociesyno
dictis, et Palatio hereditario Varsaviæ sito,
inscribunt, et obligant, idq sub damnis Ter-
restribus simpliciter et absq juramento taxan-
dis ac vadio Summæ pretio horumce Ba-
nor correspondenti, per se Recognoscentes,
Fratresq suos, quorum Nomine, Successoresq
suos, casu inscriptioni præsenti donationi
in aliquo Contraventionis, præmissorumq
omnium in ea contentorum non comple-
tionis, sive non facta tuitionis, et Evictionis,
Eidem Grão a Gartenberg Sadogorski illiusq
Successoribus ad solvendum succumbendis
et luendo. Pro quibus quidem damnis Terres-
tribus ac vadio, modo præmisso succubitis,
ac re inscriptionis non completa, nihilomi-
nus compleuda, suprascripti Gsi Recognoscen-
tes, tum Grsi ipsorum Fratres quor nomine
suis cum Successoribus, in Posnaniensi aut
Varsaviensi Terrestribus Judiciis ad primam
Instantiam memorati Grsi Donatarii sui
sive illius Successorum peremptorie stare,
respondere, et omne judicatum absq ullis
Diffugiis juris, et exceptionibus pati tenebuntur.
His eorum recognitionibus ad præmissa medi-
antibus, Alias in forma Donationis et Resig-
nationis de jure, plenissima. Pro majori
vero firmitate Manibus propriis se subscrip-
serunt.

runt.= Ad F Brühl Getk. suum y brau suo-
ich Jmienim iako Plenipotent. ms Ad.
Henryk Brühl. mgim y brau moich
imieniem iako Plenipotent. Qua ejusmodi
Jnscriptionem Donationiam, et Resignationis
sic ut prmissum factum et recognitam. Nos
firmam ac de jure validam haberi volentes
eandem ad acta Sentica suscipi inscribi, et
ex illis fideliter descriptam Parti postulanti
Authentice extradi, permisimus. Jn querum
fidem &. actum ut supra.
Oblata Plenipotentiæ Originalis legalisatæ
per Grios Carolum Adolphum et Joannem
Mauritium Comites a Brühl in personas
Grosorum Aloysii Fridenici, et Albrechti
Christiani Comitum a Brühl Fratrum
suorum Datæ.

Stanislaus Augustus &. Significamus &
Oblatas esse ad Acta præsentia Metrices Regni
Cancellariæ Nræ Minoris Literas Originales
Instrumenti Plenipotentiæ per Grios Caro-
lum Adolphum, et Joannem Mauritium
Comites a Bruhl Serenissimi Electoris
Saxoniæ Generalem Locum tenentem, et
Cubiculariios in Personas Gior Fratrum suo-
rum Aloysii Fridenici Generalis rei Armamen-
tariæ in Regno Hro Præfecti, et Albrechti
Christiani Henrici Supranominati Sereñi
Electoris Saxoniæ Colonelli et Generalis
adjutoris, itidem Comitum a Brühl
Dresdæ in Saxonia datæ, manibus eorun-
dem subscriptis et Sigillis communitis, atque
per Grium Supremum Ditionis Dresdensis
Præfectum recognitis, tenoris sequentis.
= Nos infra Scripti fratres, Carolus Adolphus
et Joannes Mauritius Comites a Brühl

Serjmi

Serjmi Electoris Saxoniæ Generalis locum te: 7bl.
nens, et Cubicularii Fratribus Nostris Varsaviæ
commorantibus, Dominis Aloysio Friderico et
Alberchto Christiano Henrico Comitibus, a Brühl
Celsissimæ Reipublicæ, et Potentissimi Regis
Poloniarum Generali rei armamentariæ Ma:
gistro, et Ordinis etquitis Albæ Polonici Equiti,
et respective, Serenissimi Electoris Saxoniæ
Cubiculario, Colonello, et Generali Adjutori, vi:
gore, hujus Instrumenti, omni meliori damus
concedimusque potestatem, Domino Petro Nicolao
libero Baroni, a Gartenberg Sadowurski, Electorij
Saxoniæ Consiliario Intimo Dynastiam Nostram
Syracusiensem, possessionesq; illi adherentes
cum appertinentiis quibuscunq; et omni
instrumento, pro oblato pretio bis centum
et viginti Millium thalerorum, quorum
quisque sex florenos Polonicos facit Ducato
pro octodecim florenis sumto, vendendi; Con:
tractum emtionis, venditionis, in scriptura
redigendi, nostroq; nomine subscribendi; il:
lumque in Summo Regni Polonici Tribunali
quod Grod vocatur, Actis publicis inseri, cu:
randi, prædicto Domino Emtori Dynastiam
possessionesque venditas tradendi, eamq;
in illas immittii faciendi; pretium conven:
tum, ad delendas sortes Octo Centum quadra:
ginta Millium florenorum Polonicalium, qui
Illustrissimis Palatinatibus Calisch, et Posen
debentur, et Sexaginta Millium thalerorum
qui Potentissimæ Galliarum Reginæ deben:
tur, pariter atq; usuras, de utraque sorte
residuas assignandi, et tandem de solven:
do eo, quod deducto hoc ære alieno et ratio:
nibus, cum Conductore prædictarum possessio:

num

num Domino Capitaneo a Brause collatis, de
pretio restabit, cum Domino Emtore convenièn:
di, possessiones venditas, ab omnibus ulterioribus
obligationibus, ex quacunque causa oriundis,
debitis, et hypothecis liberari promittendi promis-
sasque contra quemcunque tales prestandi. Nosque
Nostraque bona tam presentia quam futura
eo nomine obligandi, imo omnia ea, quæ in:
Dolos hujus negotii; desiderat, et nostra ad
securitatem Domino Emtori omni modo
prestandam obligatio nos jubet peragendi,
licet actus ad hunc finem tendentes omnes
in hocce instrumento nominati non fuerint,
cum libera facultate unum pluresve Procura:
tores ad pertractandum hoc negotium, sub:
stituendi, omnia ea, quæ à prædictis Dominis
Fratribus Nostris et ab iisdem substitutis Procura:
toribus peragentur, rata habituri, atque hoc
Mandatum eo modo datum volentes, quo
secundum formam in suprà dicto Summo
Tribunali quod Grd vocatur, observari solitam
opus est, ut firmum validumque sit, mane:
atque negotium, vigore illius, a Dominis
Fratribus Nostris, Nostro Nomine suscipiendo
et finiendum. Renuntiantes omnibus
exceptionibus, remediisque juris, quæ irritum
hocce negotium minusque validum reddere
possent. Promittentes, pignoriqué dantes eo
nomine omnia Bona Nostra tam præsentia
quam futura, nos nunquam contravenire
velle præsenti Nostro mandato, promissioni et
renuntiationi allobis, vi hujus instrumenti
factæ; quippe, quod in fidem eorum omnium
pleniſsimam a Nobismet Ipsis subscriptum
signatumque volumus. Actum Dresdæ
Die Decima quarta Mensis Maii Anno
Millesimo

Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Octavo.
Carolus Adolphus Comes a Brühl. Locus (Ɛ)
Sigilli gentilitii in cera rubra hispanica expressi.
Johannes Mauritius Comes a Brühl Locus
(Ɛ) Sigilli gentilitii in cera rubra hispanica
expressi.- Recognitionis autem seu attestati
Ipsi Supremi Ditionis Dresdensis Praefecti
in ultima Instrumenti ipsius Plenipotentiæ
charta exarati, is sequitur tenor= Serenissimi
Principis ac Domini Domini Friderici Augusti
Ducis Saxoniæ, Juliae, Cliviae, Montium,
Angriae, et Guestphaliae etc. Sacri Romani
Imperii etc hi Marescalci, et Electoris etc.
Landgravii Thuringiae, Marggrafii Misniae,
nec non Superioris, et Inferioris Lusatiae
Burggrafii Magdeburgensis etc. Domini mei
Clementissimi, Consilianius Aulicus, et
Supremus Ditionis Dresdensis Praefectus,
Ego Jacobus Henricus Reinholdus Juris
utriusque Doctor, atteptor, Illustres et Magni-
ficos Dominos Carolum Adolphum, et
Joannem Mauritium Comites a Brühl,
Serenissimi Electoris Saxoniæ Generalem
Locum tenentem et Cubiculariu[m] personali-
ter in loco Judicii coram me, et Actuario
infra subscripto comparuisse, plenipoten-
tiam præcedentem produxisse, factaque
prælectione declarasse eam, se scienti-
bus, et jubentibus structam, scriptam[q]
nec non manibus suis subscriptam, esse,
et Suis Sigillis munitam. Hujus in fidem
hocce Documentum ex protocollo à Nomina-
to Actuario instructo confectum, et pleni-
potentiae productae annexum, Manu mea
subscripsi.

subscripsi, eique Sigillum majus Præfecturæ clementissime mihi collatæ, apponi curavi. Actum Dresdæ, die Decima Sexta Mensis Maj Anni Millesimi Septingentesimi, Sexagesimi Octavi. Jacobus Henricus Reinhold. Locus ✠ Sigilli Præfecturæ super Scripura appressi. Jonas Fridericus Roth Actuar: jurat: = Quos quidem Literas instrumenti plenipotentiæ sic ut premissum oblatas, Nos ad Acta hæc suscipi, iisdem inscribi, et ex illis fidelitas descriptas Parti requirenti authentice extradi, Originale offerenti restitui fide quo recepto Cancellaria Nostra præsentibus quietatur: permisimus. In cujus fidem. &c — Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho intra Octavas Festi Sanctissimi Corporis Christi Domini, die scilicet Quarta Mensis Junii anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Octavo. Regni vero Nostri Quarto Anno.

Ad Relationem Supraseri Illustrissimi ac Excellentissimi Dni Dni Vicecancellarii Regni.

Oblata Decreti insommissione a Republica designata occasione Capitaneatus Borzechoviens inter Gros Jacobum Wrzebendowski, Capitaneatus prætati Privilegiatum Donatarium actorem & Alexandrum Potulicki Capitaneum Borzechoviens Citatum Latis.

Stanislaus Augustus &. Significamus & Oblatum esse Ad Acta præsentia Metricæ Regni Cancellariæ Nræ Minoris Actum Originalem Decreti insommissione Lege

publica

publica Comitior. Extraordinariorum generalium
Varsaviensium nuper celebratorum designata, in-
ter Grros Jacobum Przebendowski Privilegiatum Capita-
neatus Bonechovien. Donatarium actorem, et Ale-
xandrum Potulicki Capitaneum Bonechovien.
citatum occasione prædicti Capitaneatus Bone-
chovien. lati, manibus tunc adsidentium Com-
missariorum et Judicum subscriptum Sigillis
ipsorum gentilitiis in cera rubra hispa-
nica expressis communitum, sanum, et
illesum tenoris sequentis. = Actum Varsa-
viæ Feria Secunda post Dominicam Roga-
tionum, Die scilicet Nona Mensis Maij
proxima, Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Sexagesimo Octavo. In præsen-
tia Magnifici ac Generosi Floriani Drewno-
wski Tupparii Terræ Lomzensis, Andreæ Su-
hato Camerarii Terrestris Varsaviensis Anto-
nii Brzozowski Notarii Judicior. Apostolicor.
Regni Mathiæ Łączyński Subjudicis Terre-
stris Gostinen. Mathiæ Skrocki Burgrabii Castren.
Varsavien. Josephi Hosiérowicz, et Antonii
Rogalski Secretariorum Suæ Regiæ Mtis ac alio-
rum, nec non Ministerialis Alexii Jasiński
Authentici et jurati, Actum præsentem
acclamantis, et eidem adstantis. Nos
infra subscripti Lege publica Comitiorum
Generalium Varsaviensium anno nunc
labenti conclusorum sancita, ad decidendam
causam præsentem designati Commissarij
in termino hodierno ex limitatione actus
moderni facta, et ad acta Castrensia Varsav.
Feria Quinta post Dominicam Jubilate
anno præsenti modo oblatæ porrecta, in ci-
denti, vi ejusdem Limitationis, tum virtute
Legis Novellæ in hanc Limitationem ingropatæ

Varsaviam

Varsaviam ad Valatium Reipublicæ Krasinski
dictum condescendimus ibidemq; Jurisdictio-
nem Nostram Commissorialem reassumendo
fundavimus, Partes ad Comparendum acla-
mandas, Ministeriali injunximus. Qui talitor
acclamata, et quidem Grus Jacobus Rzebendow-
ski, Capitaneatûs Bonechovien. Privilegiatus
Donatanius Actor personaliter, Grus Alexander
Potulicki Capitaneus Bonechovien. Citatus
per Grum Josephum Florianowicz inscriptus
Plenipotentem comparuerunt, Comparendoq;
Grus Jacobus Rzebendowski Inquisitionem
suam in Termino Commissionis in Oppido
Nakto Die Duodecima Julij Anno Millesimo
Septingentesimo, Sexagesimo Sexto ex mente
Decreti post Curialis S. R. Mtis Varsaviæ pro-
lati, coram Gro Adamo Kownacki, Notario
Terrestri et Castrensi Nurensi Commissario
Delegato eductam, nec non Visionem Roth-
colli Castren. Nacien. Ani Millesimi Septin-
gentesimi, Quadragesimi Septimi et obser-
vationem in eodem Rothocollo Cessionis
per olim Magstam Theressiam De Tarty
Potulicka Palatinam Bonechovien. in
rem Grsi Alexandri Potulicki, sub Actu
Sabbathi, post Festum Sancti Laurentii
Martyris, Anno quo supra Millesimo,
Septingentesimo Quadragesimo Septimo
recognitæ per dictum Grum Commissarium
expeditam, et annotatam. Jam vero Grus
Alexander Potulicki similem Visionem
et observationem in occlusis Rothulis
Nostro in Judicio reposuerunt, et reponen-
do, Grus Alexander Potulicki in Termino
nuncupatæ Commissionis Inquisitionem

ex parte

ex parte sui haud eduens, Inquisitionibus 704.
repositis Partis Actoreæ se se per Plenipotentem
subjicit, Judicatum exposcit. Ultroque Partes
inducendo negotium principale, in Controver-
sias descenderunt. Et quidem Grus Rzeben-
dowski Castellanides Elbingen. Cessionem de
Capitaneatu Bonechovien. per ipsum Potulicki
Capitaneum Bonechovien. Anno Millesimo
Septingentesimo Quadragesimo Septimo
procuratam cassari; segue circa Privilegium
super idem Capitaneatum Bonechovien. Anno
Millesimo Septingentesimo Quadragesimo
octavo emanatum conservari expetebat,
restitutionem proventus decernendam,
tum pœnas super Parte pro procuratione
Cessionis, sub antidata irrogandas urgebat.
Grus vero Potulicki, Capitaneus Bonechovien.
Privilegium Gri Rzebendowski super Capita-
neatum Bonechovien. exportatum, repo-
nibile adinveniri, segue circa Cessionem ejus-
dem Capitaneatus mediante Consensu
Regio subsecutam conservari, concludebat.
Quibus ejusmodi Partium Controversiis pro-
lixè factis exauditis, et bene intellectis. =
Nos Commissarii decidendo tam Terminos
irresolutos, resolvig. Lege præcommissos, in
quibus Causa in Judiciis Affesorialibus
Regni stetit, quam Innotescentias Nostras,
ex parte Gri Rzebendowski Castellanidæ Elbingen.
Actoris contra Gnum Potulicki Capitaneum
Bonechovien. citatum emanatas, ad lectio-
nem prælibatarum Revisionis Prothocolli
Castren. Maulen. et Inquisitionum ibi
supra repositarum Nos contulimus. Qui-
bus lectis, iisdemque tum Juribus Privilegij
Documentis.

documentis literatoriis judicialiter exhibi:
tis maturè discussis ac trutinatis. Quando:
quidem ex iisdem luculenter elicitur, Quod
olim Mag.ca Theresia de Tarty primo
Rzebendowska Castellana Elbingen, secun:
do voto Potulicka Palatina Czernichovien,
expertato Die Septima Septembris Anno
Millesimo Septingentesimo Quadragesimo
Quarto Consensu Regio cedendi Gr.so
Alexandro Potulicki, Palatinida Czernichov.
Privilegio suo, de Capitaneatu Bzonzechov.
in Palatinatu Pomeraniæ sito, eodem Con:
sensu per Triennium et Trimestre usa non
fuerat ductaj, contra memoratum Gr.sum
Potulicki j: et ratione certæ Manifestationis
per Eundem adversus Illam factæ j: in fa:
vorabilitate, inclinationem voluntatis ce:
dendi Gr.so Potulicki de Capitaneatu Bzonzechov.
non habuerat, dum Consensus Regius
intervallo Triennali cum Trimestri elapso,
Die Septima Septembris, Anno Millesimo
